



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

2.  
EPISTOLICA  
DISSERTATIO  
DE  
PRINCIPIIS IVSTI,  
ET DECORI,

*Continens Apologiam pro tractatu*  
*Clarissimi Hobbæi,*

*De Cive.*

*Auct. Lamb. Velthæsio*  
*Placcius.*



AMSTELODAMI,  
Apud Ludovicum Elzevirium,  
c I C C L I .



اَللّٰهُمَّ اسْمُكْنِي فِي جَنَّتٍ

وَلَا تُمْسِكْنِي فِي نَارٍ

B E N E V O L E  
L E C T O R,

**V**aria sors est eorum quibus aliquid in publicum edere usū venit: alios zelus & studium bene merendi de publico impellit, alios vindictæ libido urget, alios studium honestæ gloria ed adigit: nonnullos cogit necessitas & officium, quo cujusque interest, fama atque estimationi sua consulere, & amoliri eas de se hominum suspiciones, quibus nobis adesse putant, aut talia vitia, que non sinnunt nos amplius in honestorum numero haberi, aut talia dogmata, que à vera pietate, si quis juxta ea vita cursum dirigat, nos longè removent. posterioribus suspicionibus circumventus is est, qui authoris alicujus dogma suum facit, quod à plurimis gravis erroris aut impietatis damnatum est. quod dogma si ab ejus patrono tali habeatur, ut virtio carere, &

\* 2 simul

## P R A E F A T I O

*simul insignem usum conferre posse  
societati humanae putetur, si fidem  
apud homines inveniat: illum certè  
jam duplex ratio ad scribendum me-  
ritò impellit, studium consulendi in-  
tegritati famæ, & ineundi aliquam  
gratiam à publico. Eo in loco cum cau-  
sa nostra esset, noluimus deesse officio  
illi, quo quisque honoris sui rationem  
habere tenetur, de eo quod publico  
debemus non admodum solliciti: agno-  
scentes quām parum instructi esse-  
mus iis donis & artibus, ex quibus ad  
publicum aliquis fructus permanare  
posset. Cum itaque vir in Philosophia  
egregiè doctus, & cui mea probare  
maximè studebam, à me in quibus-  
dam dissentiret, & dissensus rationes  
mibi proderet, absurdorum cata-  
logum recensens, quæ principia se-  
qui videbantur Clarissimi Hobbaei, cu-  
jus vestigiis in doctrina morum in-  
sistit; pulcherrimam occasionem,  
quam amittere nolui, mibi oblatam  
credi, qua & Authorem, & me.*

ab

## AD LECTOREM.

ab erroribus purgarem: existimans  
nunquam cum majori fructu in ali-  
quo laborem collocari posse: prævide-  
bam enim si eum in sententiam no-  
stram pertrahere licuisset, cum re-  
liquis adversariis congressum ludum  
& jocum tantum futurum. Alacri-  
taque animo ad epistolicam respon-  
sionem me accinxi, quæ, dum me stu-  
dium præstanti viro satisfaciendi im-  
pellit, in libelli molem sub manu cre-  
vit. Scopus scriptio[n]is primarius est,  
probare legitimam Clarissimi Hobbe[i]  
procedendi rationem esse, quam ob-  
servat in eruendis legibus naturali-  
bus, & iis quæ primis capitibus con-  
tinentur: reliqua et si omnibus lau-  
dibus prosequenda putem, propter  
insignem industriam, quæ sese ubi-  
que prodit, extra eorum tamen com-  
mercium esse volo: & quid in iis cul-  
pandum censeo, addidisse[m], si id ab  
instituto plane alienum non fuisset,  
& cum majori fortassis periculo cen-  
sorem egisse[m], quam si me omnia

\* 3      appro-

## P R A E F A T I O

approbare professus fuisset. Notum est cuivis, quanti periculi res sit, velle definire articulos fundamentales, idque homini privato, nullisque praefidiis munito, qui que ad omnes calumniarum ictus patet. potius itaque me temperavi, multorum exemplis doctus, quam nulli hoc feliciter cesserit: & nullibi noster author majori laborat invidia, quam ubi de religione Christiana differit. Leges itaque naturales, & quae ex iis immediatus fluunt, legitimè ab Hobbes demonstratas esse, viro docto probare conati sumus. quomodo autem illi placuerim hic non opus est recensere: cum neminem inter authoris sectatores habeam, nisi qui ratione duce in ejus partes transeat: numerum eorum non curans, qui autoritate tantum aut testimonio præstantis alicujus viri innixi, aliquod dogma sine ulteriori examine profitentur. Hoc tamen constat, si fata illi longioram vitam concessissent, eum talia

juris

## AD LECTOREM.

juris & equi principia traditum  
fuisse, quæ tam parum à nostris ab-  
fuissent, ut meritò nostrarum par-  
tium haberi potuisset: atque lubens  
potius ejus autoritatem adversario-  
rum calumnias opposuisset, quam hoc  
nostrum qualecunque scriptum: non  
parum enim refert à quo alicujus Pa-  
trocinium suscipiatur. sed cum cœ-  
lesti sedi redditum sit illud pignus,  
quod fata terris ad tempus commo-  
darant: & ingerim gliscat quotidie  
eorum numerus & autoritas, qui  
celebrem nostrum authorem, cum in-  
signi dæmo studii Politici & Ethici,  
suppressum optant, & è manibus stu-  
diosorum sublatum: contra eundum  
putavimus, & tam insignem cladem  
à doctorum republica averruncan-  
dam, si fieri posset. Ego enim de his  
principiis legum naturalium sic exi-  
stimo, aut hæc admittenda esse, aut in  
ambiguo & ancipiti herendum viro,  
qui factorum suorum aequitatem so-  
lida ratione sibi atque aliis probare

\* 4 niti-

## P R A E F A T I O

nitur : quam neminem in instinctu naturali , notionibus communibus , consuetudine moratorum gentium , & id genus aliis , invenire posse , mibi certum & exploratum est : & aliis ejusdem rei fidem facere esset in proclivi , si non præviderem impios rapuros nostra argumenta , & ex argumentis probatam rem , in occasionem vita male instituenda . fortassis enim prius talibus persuaderem , us est hominum natura à virtute ad vitium prona , communium principiorum ambiguam fidem , quam nostrorum immutabilem certitudinem . Sed inquies : an ergo hactenus et retrò seculis , quibus studium Ethicum & Politicum excolitur , haec veritas in puto abdita latuit , & hominum eruditorum industriam effugit : & nunc demum à nobili Anglo in lucem protracta , & sub aspergim posita , que tamen ne nunc quidem sui commendatione multorum ingeniorum fese insinuat ? Nos hoc telum idiotis cum

## AD LECTOREM.

cum doctis commune, hac ratione declinamus: rem ipsam, hoc est virtutes morales & politicas fuisse, earum aequitatis multis probationem suscep- tam, nec infeliciter eo labore quosdam defunctos, ut erat captus seculi, lubenter agnoscimus: ex iis tamen principiis deduxisse sua argu- menta, qua ab ingeniosis, & non nisi certa & indubitata admitten- tibus, in dubium merito vocari potuissent, asserimus. cum enim ante- hac nec ipsi suam, nec alii aliorum industriad exercuerint hoc dubitan- di de omnibus artificio, etiam nun- quam factum est, ut multa illa prin- cipia, incerta si ulteriori probacione non innitantur, ad unum aliquod principium deducta sint, sine quo principio reliquorum certitudo nutat & yacillat. Præterea si quisquam nobiscum perpendat, quæ requirantur, priusquam veritas aliqua, aut nus- quam cognita, aut antehac provut- gata, negligentia autem & incuria

## P R A E F A T I O

rurus tenebris immersa, in apertum producatur: neminem amplius admiratio detinere poterit, quomodo totis seculis, etiam pro eruditis habitis, veritas latere potuerit. Primo summam & minimè protritam industriam ad hoc requiri certum est: at quam rara talium ingeniorum copia omni ayo fuit? deinde ex eorum exiguo numero quam pauci, qui litteris ex toto animo sese addicunt? & ex iis qui litteris operantur, quam pauci, qui veritatis studio sese applicant? alij linguarum peritiam querunt, alij Historiarum cognitionem: pars in lectione Patrum tempus & industriam collocat: nec desunt, qui dum totum disciplinarum orbem complecti volunt, in singulis summa vestigia rerum persequi sat habent. Alios eruditionis fama prematura, ad negotia publica & Academica evocat, ubi vix ex publicis curis aliquid residui comparcere possunt, quod veritatis indagationi impendant. Praterea qui  
jam

## AD LECTOREM.

jam omnia illa impedimenta eluctati,  
unicè veritatis studio sese applicant,  
quot præterea in iis requiruntur, an-  
tequam talium industria in bonam  
frugem possit excrescere? Primò ani-  
mus præjudiciis vacuus: at facilius  
fortassis erit, aliquem invenire, qui  
illum gradum eruditionis attigit, ad  
quem vis ingenii humani eniti potest,  
quàm virum in tantum libertatis a-  
mantem, ut omnibus præjudiciis sese  
evolvere possit. Pauci sunt, qui an-  
tequam ad accuratum alicujus qua-  
stionis examen accedant, non decla-  
rarint suam sententiam: pauciores  
qui priorem sententiam revocare pa-  
rati sint, ne errasse videantur: pre-  
sertim si alius famâ ipsis inferior, aut  
cui illam laudem invident, viam  
monstraverit: aut si id corrigendum  
sit, quo hactenus gradum affectarunt  
ad honorem & gloriam. Non pauci  
tantum dant amicitia, ut veritatem  
profiteri vereantur, ne amicum, cu-  
jus interest illam veritatem opprimi,  
lædant.

## P R A E F A T I O

Icedant. Alii si nova prodenda sint, ad eo metu retinentur, ut malint iis publicum fraudare, quam tantillum periculi subire, quod metuunt ab iis, qui omne quod novum est promiscue insectantur. verentur enim, ne estimationis sue possessione dejiciantur, si talium dogmatum vigeat autoritas, quorum nullam aut exiguam habent cognitionem, & quibus se redactos vident ad primorum elementorum cum tyronibus studium. & hac potissima ratio est, quare nemo ea, qua in juventute perperam didicit, abjecere velit. Multi antiquitati tantum tribuunt, ut nefas esse putent latum unguem ab ea recedere: & vetus atque profunda illa tam altis innixa radicibus opinio, multa dogmata aetatem ferre fecit, que nullo quam vetustatis titulo sese commendant: quasi veritas annis reputanda esset, & ad fastos recurrentum, quando de dogmate incidit disceptatio. Et haec quidem sunt rationes quare multi,

qui

## AD LECTOREM.

qui veritatis studio operant dant, veritatem tamen asequi non possint. Erui autem aliquando nostra etate veritatem non posse, quæ prioribus seculis latuit, id est naturæ convicium facere, quæ nunquam effata, sed continuo vigore efflorescens, non definit semper nova quædam producere, quibus sui contemplatores in admirationem rapiat. neque veteribus aut novis exemplis caremus, quibus constat omni ferme ævo, aliquam veritatem negligentia hominum ad imum usque, ut ita dicam, demersam, vel unius industria ad summum reductam, & sub aspectum positam: ita ut quicquid novitatis titulo venit, id ideo odiosè rejiciendum non sit. Quod autem plurimi qui docti audiunt, nostri authoris principia non admittunt, quid quo<sup>rum</sup> mirandis ea in re occurrit? nunquam tam bene sese res humanae habuere, ut quæ optima essent plurimis placerent. & non pauci falso eruditionis nomine

gau-

## P R A E F A T I O

gaudent, quorum tota eruditionis fama permanavit in publicum, vel à domesticis quibusdam authoribus, gratiâ aut pretio ad id conductis, aut à pullata plebe: ex quibus non pauci sunt, qui vulgi vita & religionis moderatores sunt, qua professione nulla datur compendiosior via ad inanem gloriam. Non paucis, ab eruditione commendatis, sufficit cognoscere sectas, opinionum discrepantias, authorum scripta, & receptæ doctrina superficiariam habere cognitionem: qua communiter sufficere potest in colloquiis, ad tuendam eruditionis famam: ceterum in hoc eruditæ seculo non magis proficiunt in agnitione veritatis, quam illi, qui vicorum novorum nomina, in urbe per conflatum populi sape necesse habente pomaria sua extendere, addiscunt; modi & forma regiminis civitatis, quam incolunt, plane rudes. Aliis in usu est novorum doctorum scripta adeo perfunctorie, & fugiente ut ita dicam oculo

## AD LECTOREM.

*oculo lustrare, ut plane impossibile sit  
authoris mentem tam citò haurire:  
jam persuasi nihil quod à suis princi-  
piis recedit, examine ulteriori di-  
gnum esse. Aliquando etiam tantum  
valet paucorum doctorum factio, ut  
eorum studii, aliorum omnium eru-  
ditorum celebre aut obscurum nomen  
contineatur. Sunt etiam non pauci,  
qui eruditi cluent, quorum hoc est  
artificium, ut criminando aliorum  
scripta, sua extollant & in pretium  
adducant, per ruinam famae aliorum  
irrumpentes in arcem glorie, cum  
tamen non raro damnati authoris  
remis velisque usi sint in sua velifica-  
tione. Atque ha sunt cause quare bo-  
nus aliquis author, apud eruditos sa-  
pe applausum non inveniat: quas si  
quis aquâ judicij lance perpendat, in  
posterum, ut existimo, majori cum  
diligentia & fructu in omnium au-  
thorum genere versabitur. Et hanc  
ob rem longiorem hanc p̄fationem  
premittere voluimus: tum ut malis  
que-*

P R A E F. A D L E C T.

quorundam artibus obviam iremus, cum plurimunq[ue] intersit ne tam extiosa res eat in exemplum: tum ut lectorum palatum tamquam promulsi de excitaremus, quod non pauci, auctoritate aliorum seducti, corruptum habent, ad ea degustanda cum fructu, quæ in authore nostro continentur: quæ talia esse mihi longa experientia constat, ut brevi aliquem consummatum reddere possint in Etbico & Politico studio, si constanti meditatione in succum & sanguinem convertantur: & id huic authori proprium est, ut profunda meditatione, qua in scribendo usus est, etiam legi & ruminari debeat. Si autem ex nostro hoc qualicunque scripto aliquis lux affulgere possit praestanti illi auctori, qua veritatis studiosis aditus in hæc arcana detur facilior, gratum erit, & publico profuisse, simulque authoris, & eorum qui vestigiis ejus insistunt, famæ consuluisse. Vale.

E P I-

I

EPISTOLICA  
DISSERTATIO

D E

Principiis Iusti,& Decori,

*Continens Apologiam pro  
tractatu*

*Clarissimi Hobbesi,*

De Cive.

VIR CLARISSIME,



Vm nunquam non  
tuæ litteræ mihi ad-  
veniant gratissimæ :  
tum quia semper insi-  
gnem & admirandam tuam e-  
ruditionem declarant : cum et-  
iam , quia ex iis præcipuos illos  
amicitiæ fructus colligo , quos  
candida & minimè fucata admo-  
nitio conferre solet. Testatum  
hoc facit inter multas alias , nu-  
pera tua epistola , qua pro morum

A tuo-

## E D E P R I N C I P I I S

tuorum candore , & summa tua  
in Philosophicis scientia, me com-  
monefacere voluisti quarundam  
difficultatum , quas post se trahe-  
re videtur mea de Principiis juris  
sententia : quorum dicis tantum  
causa , & perfunctorie mentio-  
nem feceram : qua admonitio-  
ne nihil gratius mihi evenire po-  
tuit. Quod autem sententia no-  
stra tibi tot errorum , & difficul-  
tatum suspecta fuit , natum id in-  
de esse video , quia videbas eam  
cum principiis Clarissimi Hobbæi  
magnam affinitatem habere : qui  
author sicut audio , jam malis ru-  
moribus differtur , ac inter perdi-  
tissimos hujus corrupti ſaculi au-  
thores recensetur : & graves cen-  
ſuræ in eum stringuntur. Sed im-  
posuit tibi vir Clarissime , præoc-  
cupatus animus , quasi ego omnia  
albo calculo approbarem , qua-  
cunque à Clarissimo Hobbæo di-  
cta sunt: aut ei per consequentias  
foli-

solidas attribui possunt. Fateor  
 me incidisse in illum authorem,  
 sicut in multos alios: & ex ejus  
 scriptis multum mihi parasse præ-  
 sidii in decidendis per rationem  
 controversiis de æquitate, & ju-  
 stitia: & quando occasio incidit;  
 non possum non gratum meum  
 animum testari: & laudando viri  
 industriam, illi vices rependere,  
 à quo me summo beneficio affe-  
 ctum puto, quod librum suum  
 seculo consecraverit. Et certe  
 quod aliud redhostimentum vi-  
 ris doctis, qui avare suis studiis  
 pretium non posuere, præstari  
 potest, præter nominis & famæ  
 celebritatem? At inquies: multa  
 periculosa continere ferunt viri  
 scriptum: & cum magno discrimine  
 veritatis ad nova transitur  
 dogmata. Sed quis unquam ita  
 commode scripsit, ut acerrimi  
 censoris virgulam potuerit effu-  
 gere, & alicubi non appareant sa-

A 2 ni ju-

## 4. DE PRINCIPIIS

ni judicii deliquia? quis unquam tentavit facinus magnum & memorabile sine periculo? quanto satius cum discrimine aditum sibi facere ad utilissima, & non vulgarata, quam semper, ut ita dicam, littus legendο, inhærere communibus, quorum pauca sunt, quæ accurati scrutatoris examen sustinere possunt? America nobis adhuc esset terra incognita, & amplissimis gazis carendum nobis fuisset, si audax humanum genus se se non proripuisset ultra consuetos navigationis terminos: nec quisquam eorum institutum improbat; licet tot naufragia eam navigationem funestarint. At quis ferat istorum nautarum petulantiam, qui dum nunquam navim in altum provehere audent, unicum tamen hoc agunt, ut aliorum errata & naufragia contemptim traducant? Sic illi mihi videntur insigniter in bonos mo-

mores, & utilitatem publicam peccare, qui maledictis doctorum virorum industriam avertunt ab investigatione veri. Eorum enim labor si voti metam attingat, cedit in bonum publicum: si excidant scopo, diu error latere non potest, quin aliorum industria cum in lucem protrahet: quod si modestè fiat, peribit quidem indagatoris labor; salva tamen & integra manebit ejus fama & æstimatio. Quare equidem non damno eorum institutum, qui authorum cum quibus ipsis minus convenit, refutationem instituunt: sed modestiam desidero in multis, & animi æquitatem. Quid enim moderati ab iis exspectes, qui prius quam etiam ad manus ventum est: aut ab eo, quem adversarium sibi concitant, aliquid damni passi sunt, quod ipsis bilem movere possit, in apparaturam ostendunt

6. DE PRINCIPIIS  
dunt ferociam : quasi jam profli-  
gatum facinus , & quovis cothur-  
no truculentius commissum esset  
ab adversario. Crede mihi , vir  
clarissime , nunquam tales lita-  
runt gratiis , nec sciunt , quid re-  
quirat humanitas. Nullum me  
convenisse memini , qui in libello  
culpanda non invenerit : in nullos  
tamen incidi , qui æquum arbi-  
trentur libellum ex manibus stu-  
diosorum , qui erectionis sunt in-  
genii aut indolis , excutere , aut  
tenebris damnare : sed sufficere  
existimant in talium scriptorum  
genere , si defectus & nævi per-  
functorio diffensu transeantur ,  
reliqua debito honore non frau-  
dentur. Et certè quam multo usu  
fructuosius est , hujusmodi au-  
thores legere , quam in eorum scri-  
ptis evolvendis tempus terere ,  
quorum authores nihil ingenio  
promptum , nihil industriâ para-  
tum habentes , sed quasi aperto  
ra-

raptu, & populatione vicitantes, aliorum multo labore partam gloriam in se transferunt : & scripta aliorum, foris intima, & intima extus convertendo, pro suis in publicum protrudunt. Sed quid attinet me vel clarissimo Hobbeso, vel scriptoribus ejusdem gemii patrocinium commodore : ego enim ejus disciplinæ, neque cuiuscumque hominis alumnus sum : neque quicquam hic mihi præcipuum & singulare à communis causa, quâ veritatis studium promovere quisque tenteretur. Virum autem esse puto haud seculo pœnitendum : & si juxta ejus principia in Philosophia moralis navigationem quis instituat ; in nonnullis parumper obliquando cursum, felicissimâ velificazione portum obtineri posse existimo. Ne autem videar eum hic temerè magnifice efferre, lubet periculum facere , strictim delib-

A 4      ban-

8 DE PRINCIPIIS  
bando singula , quæ ad justitiam  
& æquitatem naturalem perte-  
nent: totum enim stadium de-  
currere , litterarum angustiæ non  
ferunt. Et ad id eo libentius me  
accingo: quod hâc ratione , & ar-  
gumenta tua , quæ suspiciosus  
animus tibi suppeditavit , diluam ,  
& quæ in illo authore culpanda  
aut imitanda putem sub aspectum  
ponam. Et ita meam sententiam  
tibi , & aliis viris candidis proba-  
tum iri , confido. Ut autem me-  
thodice omnia procedant , quæ-  
dam quæ extra controversiam  
funt præsupponemus : ut nexus  
totus à summo ad imum melius  
appareat. Deum esse præsuppo-  
nimus itaque : ipsumque mun-  
dum creasse in sapientia pariter  
nobis concedi petimus. Eundem  
virtutes justitiae & veritatis ex-  
ercere velle in mundi regimine ,  
etiam assumimus , quia nullus  
Christianus hoc potest ire insi-  
cias:

cias: & cum atheis hic mihi ne-  
 gotium esse nolo. Ex his postu-  
 latis, & datis, hæc porismata &  
 consequentias educimus. *Primo:*  
 Deum in creando mundo sibi fi-  
 nem proposuisse: quid enim aliud  
 est *sapienter* agere; quam media  
 dirigere ad finem? ubi itaque fi-  
 nis nullus est propositus, ibi sa-  
 pientiaz locus non est reliquus:  
 sed cuiusque libido, in agendo  
 tunc erit auspicium. *Secundo:* con-  
 cludimus media in se habere de-  
 bere aptitudinem ad finis conse-  
 cutionem: alioquin Deum opt.  
 maximum propter finem opera-  
 tum esse dici non posset: qui enim  
 ex sapientia agit, dum finem vult,  
 etiam vult media isti fini apposi-  
 ta: alioquin simul vellet, & non  
 vellet: inde etiam id ultro se se-  
 offert: scil. sciri non posse, quid  
 Deus de mediis fieri statuerit; ni-  
 si: nobis innotescat finis. *Tertio:*  
 concludimus hominem non im-

A 5 punè

punè laturum si deviat ab illo ordine , quem ab homine observari vult Deus in consecutione finis , quem sibi & homini proposuit : & præmio afficiendum illum , qui vitam & mores instituit juxta ordinem à Deo præscriptum . nihil enim innuit aliud justitia Dei , præter poenarum & præmiorum legitimam distributionem : ut scil . malis acerba sit conditio , bonis grata & optata : neque hic aliter accipi volumus *veritatis* vocabulum : quod , quando de justitia sermo instituitur , ab eadem in significando non discrepat . Ex prædictis omnibus collectio infertur : esse virtutem , & vitium morale : & hominis officium esse priorem prosequi , posterius defugere . *Finit* scil . constitutio differentiam virtutis & vitii facit : justitez & veritatis ex-

*Si Deus* ercendæ *decretum* , vel potius *naturalis* in Deo necessitas , hominibus  
~~non de-  
crevisses~~

nibus & omni creaturæ liberæ necessitatem imponit studii virtutis, & fugæ vitiorum. Nam licet per ordinem in mundo constitutum, decori & indecori notitia sese prodat; non video tamen inde deduci posse hominis officium esse, pulchritudinem illam sectari, si ex turpi re plus voluntatis sit percepturus. Postquam autem gravem pœnam sibi imminere intelligit homo, si virtuti non studeat, videt tam sibi necesse esse virtutem sectari, quam dolorem fugere.

His ita præmissis: nemo non videt duo creaturæ rationali incumber. *Primo*: inquisitionem in voluntatem divinam: an scilicet nos Deus scire quæ sunt illa munera, quæ à nobis præstanta sunt in ordine ad finem. quæ Deus sibi proposuit; an vero hominem fecerit sui juris agendi quod lubet. *Deinde* investiga-

*Hominem  
sciri,  
qua ipsi  
agenda  
sunt in  
conse-  
quendo  
sine ho-  
mini à  
Deo pro-  
posito.*

tionem sibi , & ordinis quem Deus nos observare vult in consecutione finis. Dei autem beneplacitum ; immò voluntatem esse , ut nobis innotescat nostrum officium , ex superioribus liquet : quia vult exercere justitiam , cui locus esse non potest , si ex invincibili ignorantia in ordinem à se constitutum peccetur. ergo illius ordinis cognitio homini impossibilis non est : & Deus media suppeditavit rationali creaturæ , quorum præsidio sibi viam affectare potest ad illam cognitionem. Tota jam disputationis moles & difficultas devoluta est eò , quæ scilicet via insistenda sit creaturæ , ut certò ducatur ad cognitionem Dei voluntatis. De via indicata per revelationem h̄ic difficultas nulla est ; sed de via , quam gentiles , quibus oracula Dei nunquam concredita fuere , ingredi debent , simul etiam de ea , quâ illæ diffi-

*Scien-  
dam.  
ordinis  
investi-  
gatio.*

cul-

cultates expediuntur, quæ solutionem manifestam in sacra scriptura non reperiunt; sed discursu indigent. Relictis variis variorum de hac controversia sententiis: ego ipso facto ostendam, quam viam ingrediendam putem: tu, vir clarissime, spectator esto: si ex hoc labyrintho me expediām, tu fili ductum & vestigia sequendo, procul à periculo ad arcem veritatis mecum penetrabis: si minus feliciter succedat incepturn, ego laborem & damnum solus in me receperim:

Si placeat fingam me omni disciplinâ vacuum, omnibus principiis destitutum: iis exceptis, quæ supra mihi largiri petii. Scio itaque Deum esse, cum creasse mundum in sapientia; finem sibi proposuisse: & per consequens media ad ejus consecutionem ordinare: me mediorum partem facere: atque adeo Deum à me

A 7      etiam.

*Apparatus  
ad ordinis  
vestigationem:*

etiam officium postulasse, idque judicasse : sed velle ut liberè id eligam ; quod si fecerim , præmium mihi paratum esse , si fecus, pœnam denuntiatam , & certò eventuram : atque adeo mihi amplius integrum non esse obsequi-ne velim meæ libidini; an Dei voluntati.

*Hoc con-* Ex ratione *finis* itaque in gene*cesso.* re considerati , sic argumentabor:  
*Deum* *sibi in* Quæcunque naturâ suâ ita sunt  
*creatio-* comparata , ut finem in creatio*ne mun-* ne mundi à Deo intentum impe*di-*  
*di ali-* diant; illa omnia *jure naturali pro-*  
*quem* *finem* *hibita* sunt. Quæcunque autem  
*propo-* istius sunt naturæ ut sine iis fi*ni*  
*suisse:* *educun-* nis obtineri non possit, illa omnia  
*tur re-* *jure naturali sunt imperata.* Atque  
*gula* *quadam* hæc mihi videtur vera atque u*nica*  
*qua spe-* methodus, per quam venire  
*dant* licet in cognitionem earum re*rum*, quæ jure naturali prohi*bitæ* aut imperatæ sunt. & nullam harum legum Deus jam irri*tam*

tam reddere potest: cuius sententia ultrò sese veritas offert, quia alioquin Deus simul aliquid vellet, & non vellet: vellet finem; & tamen non vellet media necessaria ad consecutionem finis. Quare sicut id verissimum est, quod inter facrorum & jurisconsultos est tritum admodum: scil. *quicunque dat jus ad finem; dat etiam jus ad media fine quibus ille finis obtineri non potest: & necessitas finis, facit jus in moralibus:* sic verissimum est, respectu Dei, qui vult finem, vult necessariò illa media, fine quibus ille finis obtineri non potest: & ideo Deus tales leges abrogare non potest.

Recolligo rursus vestigia, & *praecep-*  
*sicut supra diximus vel res gene-*  
*raliter in se consideratae requi-*  
*reuntur ad acquisitionem finis: & mativa.*  
*circa illas versantur praecepta affir-*  
*mativa naturalia: vel generaliter,*  
*& extra omnes circumstantias*  
*con-*

consideratæ res , impediunt finem , & circa illas versantur *precepta negativa naturalia* : vel res ex circumstantiis mutabilibus acquirunt duplē hunc ordinem ad finem , & tales præscribuntur aut *Ius permissivo naturali* : suntque *affirmativa*, vel *nega-*  
*tiva*. Et ex hoc jure permissivo naturali oriuntur *leges humanae* tam particulares cujusque civitatis , quas *municipales* vocamus & *Ius gentium* ; quam *leges gentium* quæ mediatè ex jure naturali non fluunt. Est enim *jus gentium* duplicis naturæ : unum quod propriè loquendo est *juris naturalis* : sed denominationem illam mutuatum est , quia est *jus* , quod genti cum gente , nationi cum natione intercedit ; licet in suo formaliter non differat à jure naturali : quale est illud *jus legatorum*. Aliud est , quod in suo formaliter non convenit cum lege naturali ; sed

sed cum lege humana, & jure permissivo naturali introductum est; vocaturque *jus gentium*, quia inter gentem & gentem locum habet, <sup>Duplex.</sup> <sub>*jus gen-*</sub><sub>*tium.*</sub> vel quia plurium gentium consuetudine & usu, legis vigorem accepit: quale est illud, quod tela & instrumenta bellica, nec fontes veneno inficere liceat; aut hostem per subornatum sicarium interficere. Mihi enim licet jure naturali omnibus modis nocere inimico, & ea media adhibere, quibus confido hostem in ordinem posse redigi, si citra perfidiam fiat. obtinet tamen intergentes moratores, talia non amplius ex æquo in hostem intenari, ne nimium intendantur pericula ab utraque parte: atque ideo tales leges mutari possunt, & saepe mutantur, sicut contingit in legibus humanis: priores leges gentium, mutationem non admittunt, quia ex jure naturali <sup>impe-</sup>

18 DE PRINCIPIIS  
imperante, aut prohibente; non  
permisivo, fluunt.

*Nulla  
leges  
humana  
justæ,  
qua pro  
fundamen-  
to  
non ha-  
bent le-  
gem ali-  
quam  
natura-  
lem.*

Et hinc liquet omnes illas le-  
ges, quæ authoritate humana fe-  
runtur, vim & autoritatem le-  
gis æquæ & justæ non attingere,  
si pro fundamento & ratione in-  
trinfeca non habeant jus aliquod  
naturale: hoc est debent, vel re-  
movere impedimenta, quæ obi-  
cem ponebant finis consecutionis  
vel conferre subsidia, quibus fi-  
nis promoveatur: alioquin inju-  
stæ sunt. nullus enim magistra-  
tus in subditos plus juris sibi ac-  
quisivit, quam quod promoven-  
do isti fini conductit: neque pri-  
vatus, in jure & statu primævo,  
plus juris habet in proximum: aut  
in illum ex æquo sibi acquirere  
potest, quam judicat expedire  
conservationi sui, & consecutio-  
ni finis, ad quem acquirendum  
cum Deus constituit. Quo pa-  
cto autem hæc accipienda sint,  
post-

Quæcunque autem res talis <sup>Q[uod] uero</sup> naturæ sunt participes , ut neque obſint, neque profint: illæ naturæ indifferentis in moralibus sunt : nec bonæ , nec malæ vocandæ : quales actus sunt ambulare , sta-<sup>sint illæ  
actiones</sup> re , edere hoc vel illo tempore. <sup>qua in-  
differen-  
tes vo-  
cantur.</sup>

Cum autem ſæpius inculcaveri-  
mus eas res lege naturæ prohi-  
beri, aut imperari , quæ ſunt quæma <sup>quia  
mali-  
tia aut  
bonitatis  
moralis  
non ſunt  
partici-  
pes.</sup>  
Deus in mundi gubernatione in-  
tendit obſunt , aut proſunt , lo-  
quimur de tali commodo & in-  
commodo ; quod momenti ali-  
quid conſideratione digni ad fi-  
nis conſecutionem aut remo-  
tionem confert: quæ enim , aut le-  
vissimum aliquod damnum affe-  
runt , quod cum relatione ad fi-  
nem , eo nomine vix , aut ne vix  
quidem dignum censetur : aut  
quæ minus ſunt utilia ; non ta-  
men in finis conſecutione obi-  
cem ponunt : eorum uſus ideo  
pec-

peccatum non est. Et hinc *primo*  
 inferimus, non semper jure natu-  
 rali æquum esse eas leges civiles  
 abrogare, quæ quidem suo tem-  
 pore cum promulgarentur utiles  
 erant, propter circumstantiarum  
 tamen mutationem, eum usum  
 jam amplius præstare non viden-  
*Res, aut* tur. licet enim magistratus offi-  
*ctio-* cium sit cives suâ libertate natu-  
*nies, qua* rali non privare, extra necessita-  
*ficiu* tem: atque adeo omnes illæ le-  
*consecu-* ges iniquæ sint quæ temerè, & si-  
*tioni* ne fructu civium libertatem na-  
*minus* turalem imminuunt; id tamen  
*apposita* quam alia, si tantum intelligendum est de tali  
*apposita* fiant, id immimutione, quæ civem in da-  
*peccato-* mna non contemnenda conjiciat.  
*rum nu-* Eodem jure homini privato mul-  
*mero po-* talicent; quæ quidem non tan-  
*nenda* tum non expeditunt, sed etiam le-  
*non* vidense aliquod incommodum  
*funt.* inferre videntur: v. g. paulò plus  
 indulgere cibo & potui, quo per-  
 fectissimus ille sanitatis status tur-  
 betur:

betur: sumptus & impendia facere præter necessitatem, quibus rationes familiae levissime turbentur: somno & otio indulgere, quo paulo deterior fiat uxoris & liberorum conditio: vestimentis & indumentis uti, quæ parum incendentem & iter facientem remorantur: & quæ his sunt similia. Et hujus sententiae rationes mihi videntur esse in aperto: tam leve enim incommodum in ordine ad finis consecutionem, suum nomen amittit. Quis dixerit quæso hominem peccasse, qui quinquaginta annorum spatio quo rebus humanis interfuit, unam horam sine fructu præterire passus est, qua vel studium promovere potuisset, vel rei familiaris commoda auxisse?

Atque adeo parum à nonnullorum sententia mihi deflectendum putavi, quæ docet, tales actus in genere indifferentes, cum suis

*Sunt  
multæ  
affectiones  
natura  
indiffer-  
rentes.*

*etiam cum omnibus suis circumstantiis confidet.* suis circumstantiis tamen consideratos virtutum semper aut vitiorum in classe ponendos. Quod mihi à veritate alienum videtur: cum tales circumstantiæ facile ex cogitari possint, quæ actus propter rationes supra dictas suæ naturæ primævæ relinquunt: neque in eorum sententiam pedibus ire possum, qui docent, quicquid levissimum impedimentum ponit homini, id præter necessitatem, & evitationem majoris incommodi suscipiendum non esse: cum tamen tam leve damnum, inter mala recenseri non debeat; sed inter ea, quæ sunt minus bona. Nos equidem non fugit ab iis, qui à nobis hic dissentient; minus utile, respectu majoris commodi, illud quod minus finem promovet, in compa- damnum vocari: & per consequens id, quod nos minus agendum non esse: cum nostri arbitrii & potestatis sit, id assequi, quod majori

jori compendio hominem ad illum finem ducit. Sed falsissimum illud, quod finem minus promovet, id finis consecutioni statim obesse, in quo vitii moralis natu- ram confistere supra docuimus.

Quis crediderit eum contra charitatis legem petcare, qui omnes homines eodem amicitiae loco non habeat; sed selectum amicorum fecerit, ad quos fructus suae benevolentiae pervenire vult: neque reliquos tamen oderit; sed communi charitate prosequatur? si tamen omnes intensissime ameret, proculdubio finis admodum promoveretur: nanc quidem non ita promovetur, attamen non impeditur, sicut motus tardior, navim non fistit, licet celerior motus eam citius in portum deferat. Scio equidem me hic paucos suffragatores habiturum: attamen condonabunt hoc mihi multi: ego lubens agnosco me ad tristem illam

illam & severam sapientiam non posse assurgere, qua ne manum quidem extendere, aut pedem attollere liceret, sine summa cura & attentione: & ubique materia vitii, aut virtutis inveniretur.

*Circa**quas res**vota**versen-**tur.*

Quod præterea ex præcedenti- bus conficimus, est, sine peccato omitti posse aliquod majus bonum: modò id quod loco majo- ris boni agimus, ordinem & ra- tionem causalitatis habeat ad fi- nis consecutionem. Et hinc ori- tur materia votorum, & eorum operum, quæ quidem sub pœnæ comminatione Deus à nobis non postulat: attamen gratissima ipsi sunt, & juxta ejus beneplacitum fiunt. & hæc est via indagandi, quæ illa sint, quæ Deo placent tamquam actus naturæ legi con- formes, & quæ sint illa, quæ Deus vult ut fiant propter præceptum & legem.

Opor-

Oportet autem hæc opera non confundere cum operibus charitatis, quæ justitiae expletrici opponuntur: cum longè horum ab illis distans sit natura. opera enim charitatis jure naturæ imperantur. Quis enim non videt hominum vitam acerbam & ærumnosam futuram, si ea tantum ab hominibus, quæ justitia strictè dicta imperat, fieri oporteret: nunquam pactis homo sibi suisque ita prospicere potest, ut sine summo incommodo carere posset proximi operâ, quam charitatis instinctu ei præstat. Sunt autem charitatis opera, non talia, quæ homo sine obligatione qualicunque præstat, sed quæ vi pactorum explicitorum vel implicitorum non exerit, nec quæ justitia strictè dicta sic fieri imperat: & per consequens, quæ tali jure proximus ab eo petere non potest; licet jure naturæ obligetur

B ad

ad ea, non minus quam eodem jure teneatur ad pactiones tacitas, aut expressas ineundas, sine quarum pactionum constitutione, nemo vitam commode degere posset. Atque hinc manifestum est, licet opera charitatis, quantum ad originem & principium ex eodem necessitatis fonte oriuntur, quo pactiones & conventiones: quatenus nullæ sociates humanæ iis carere possunt: in usu tamen & exercitio longè differre. quæ enim ex pactis & cunctis conventionibus proximo debo, ea illi debentur propter jus quod in me habet, & acquisivit, per voluntariam juris mei translatiōnem: quod in operibus charitatis locum non habet. Secundè: in contractibus & conventionibus cum proximo, quicquid egi, id non tam propter proximum feci, quam propter meum commodum, cum in operibus charitatis con-

*Opera  
charita-  
tis se-  
cundum  
legem  
Dei  
funt,  
quia  
conser-  
vations  
vita  
summo-  
pere con-  
ducent.*

contrarium accidat. nam licet o-  
perum charitatis exercitium ne-  
cessarium sit in genere, ut homi-  
nes commodè & ex facili æta-  
tem agere possint; atque adeo in  
eius etiam rationes & commo-  
dum redundet, qui opera chari-  
tatis exercet: in specie tamen hoc,  
vel illud charitatis opus, non pro-  
pter seipsum exerit; sed in illius  
gratiam, quem beneficium attin-  
git: nam quoties privatum com-  
pendium ex beneficio quæritur,  
illicè suo nomine & natura be-  
neficium deſtituitur. Has distin-  
ctiones si quidam bene intelle-  
xissent, non ita temerè ſibilis ex-  
cepiffent noſtra principia, quæ  
ex indigentia repetunt amicitiæ  
& charitatis originem.

Quæcunque autem res mora-  
les iſtius ſunt conditionis, ut ne-  
que in genere, neque in specie  
necessarium nexum habeant cum  
fine generali à Deo intento; illæ  
Ques. finit le- ges di- vine positi-

B 2 leges

leges dicuntur esse juris divini positivi. loquimur autem de fine generali, qui omnibus creaturis per universi creationem innotescit; non de fine singulari, quem sibi Deus potuit proposuisse in republica Israëlitica: & hâc regulâ distinguere oportet leges positivas Dei, datas populo Israëlitico, ab iis, quæ sunt juris naturalis, & adhuc suam obligandi vim retinent.

Sed cum toties necesse fuerit mentionem facere in præcedentibus de fine, quem Deus per creationem mundi intendit, qui-que singulis innotescere potest, si per vitia & negligentiam mentem non excœcent: jam tempus & opportunitas efflagitat, illum finem in lucem proferre, quo nobis ad alia gradum faciamus, quæque methodicè tractari non poterunt, nisi illa, quæ de fine dicenda sunt, in antecessum dentur.

tur. Hac ratione itaque pergo. Ea à Deo intenta sunt, & hominem exsequi vult, quæcunque ex creatione mundi, & ordine in eo constituto, homo judicat à se necessariò agenda, vel omittenda, nisi insignis aliqua disconformitas extitura sit inter suam actionem, & illam ad quam ordo mundi ipsum dirigit. Cum enim mundus in sapientia sit ordinatus, & homini partes agendi in hoc universo assignatae: ordo ille necessariò homini indicare debet, quodnam cujusque in agendo sit officium. Nam ut vulgatâ similitudine utar, si quis destinato consilio domum ædificat, proculdubio fit in eum finem ut hominibus usum præstet contra aëris injuriam, & reliqua incommoda quæ extrinsecus homini incumbunt. si itaque quispiam eò audaciæ progrediatur, ut domum diruat, aut id agat, quo domus

## 30 DE PRINCIPIIS

usus impediatur, & dominus in cassum laborasse videatur: is certe contra ædificatoris voluntatem egisse præsumitur: si scil. ex sapientia sese ad domus ædificationem accinxerit. Pari ratione ordo in mundo observatus, nos in actionibus dirigere potest, & indicare quod cujusque sit officium.

*Quo-  
modo...  
cultus  
natura-  
lia in ve-  
stigatur.*

Cum itaque v. g. ex præsuppositis constet, talem ordinem in mundo esse, qui à Deo originem habet, nec fortuitò extitit: & ordinem illum summum sine sapientiâ summâ excogitari non potuisse: simul liquet Dei voluntatem esse, ut pro Deo sapiente ab hominibus agnoscatur: deinde cum creatio summam & infinitam denotet potentiam, sequitur hominis officium esse Deum pro omnipotente agnoscere: & cum appareat Deum justitiam aliquando exercitum, justitiae attributum Deus sibi adscribi vult. Hâc metho-

methodo mihi in proclivi effet,  
 totum cultum naturalem deducere, si talis digressio operi plane  
 aliena non effet. Quām autem sit  
 vera & certa hæc procedendi ra-  
 tio, neminēm ut existimō fugerē  
 potest, qui præcedentia bene per-  
 ceperit. Quomodo enim ea o-  
 minia agere vellet Deus, quæ ne-  
 cessariò tales conceptus homini  
 bene ratiocinanti ingenerant, nec  
 vellet tamen tales conceptus de se  
 formari: eadem enim ratione vel-  
 let aliquid, & non vellet: vellet  
 media ordinata ad finem, nec ta-  
 men vellet ipsum finem; imo vel-  
 let media, quæ necessariò talem  
 finem producunt; non vellet ta-  
 men ipsum finem. hæc ex dia-me-  
 tro repugnant alicui operanti per  
 rationem, & qui declaraverit, in  
 mundi generatione se etiam ho-  
 mini suas partes assignasse, ne-  
 que ei id juris concessisse, ut pro  
 sua libidine vitam dirigat. aut

B 4      enim

## 32 DE PRINCIPIIS

enim hæc unica via est pervenien-  
di in cognitionem voluntatis di-  
vinæ circa ea, quæ à nobis fieri  
vult : aut nulla est : loquimur au-  
tem de scientia , quæ rationis du-  
ctu investigatur ; non instinctu  
& naturali inclinatione innititur:  
quæ quidem excludenda non est ,  
& insignem suum usum præstat  
in scientia morali : pro principio  
tamen, quod ad rationis trutinam  
appendi non debeat , assumere  
non oportet : sicut in sequenti-  
bus fusius probabitur. Et ita de-  
monstratam putamus viam , quæ  
nos dicit in cognitionem cultus  
naturalis : & quæ ejusdem necef-  
sitatem declarant.

Sed ut inceptum persequamur:  
rursus me tanquam mundi par-  
tem contemplans , non fortuitò,  
sed prudentis & sapientis Dei  
consilio productus sim oportet :  
examinandum itaque quid Deus  
de me fieri voluerit : quod hâc  
ratio-

ratione investigo. Id proculdubio *Homo*  
 in me conservari vult, quod si *ex con-*  
 tollatur, frustra quasdam partes *templa-*  
 & proprietates mihi attribuisse *mundi*  
 videatur: quod in causa operante *intel-*  
 per sapientiam fieri non potest. *ligit*  
 Ante omnia autem in me *cōm-*  
 prehendo esse summum studium *suum*  
 conservandi memet salvum & in *officium*  
 columem: huic studio subser-  
 viunt appetitus edendi, bibendi,  
 vindictæ, affectus amoris, & do-  
 loris; denique omnes animæ pas-  
 siones: & conducit ad expletio-  
 nem istius appetitus totius cor-  
 poris fabrica, & organorum sub-  
 ordinatio: ita ut, aut plane istæc  
 omnia frustra sint, aut fatendum  
 sit Dei voluntatem esse, me mea-  
 que quæ in creatione mihi con-  
 cessit conservare salva & inte-  
 gra. sub hac autem vitæ mem-  
 brorumque conservatione, non  
 tantùm ea comprehendendi oportet,  
 quæ vitæ & membris incolumi-

B 5 tatem

34 DE PRINCIPIIS  
tatem præstant; sed etiam ea, quæ  
naturali eorum usui repugnant,  
vitanda esse eadem ratione doce-  
tur, aut quæ subvertunt eum fi-  
nem, ad quem nos vitæ, mem-  
brorumque, & facultatum homi-  
ni propriarum, natura dicit. Id-  
que propter eandem rationem,  
quâ supra probavimus necessita-  
tem cultus naturalis.

*Etiam si homo pronus sit ad iuden-  
dum proximum; tamen ex na-  
tura hominis cognoscimus Dei vo-  
luntatem esse ne homo spiri-  
tum vi-  
talem*

Neque obest quod homo ad malum sit pronus, & proximo nocere semper paratus, unde homines minus commodè ætatem agunt: atque adeò quod videatur Dei voluntatem non esse, ut homines vitam quam longissimè producant: cum tales inclinatio-  
nes ad malum, ab hominum per-  
versa voluntate proficiantur, quæ naturales inclinationes à suo naturali fine, qui bonus est, & homini utilis deviare facit. nam neque ambitio, neque divitiarum cupiditas, neque vénoris usus, neque

neque vindictæ cupidō, denique *pro libi-*  
 neque ullæ naturales inclinatio- *tu suo*  
*profun-*  
*nes*, quæ vulgo dicuntur sonare *dat.*  
 in malum, suā naturā tendunt ad  
 hominis destructionem; sed compa-  
 ratae sunt ad hominis conserva-  
 tionem: quamvis pravā homi-  
 nes voluntate iis ad mala abutant-  
 tur: quod satis indicat naturalis  
 conscientia.

Sed instet aliquis: prioris ar- *An ne-*  
 gumenti pondus & momentum *cessit fit*  
 non probat homini necessitatem *homi-*  
 impositam esse semet conservan- *nem*  
 di, nisi gravis aliqua causa & ratio *quo-*  
 incumbar: fed hominem jure in *cunque*  
 vita se se conservare, si velit: ne- *etiam in*  
 que contra Dei institutum factu- *casu vi-*  
 rum si spiritum & vitam quam *tam*  
 longissimè producat longè autem *suam*  
 differunt jure aliquid fieri, & ne- *tueri &*  
 cessari id fieri. ex pedum fabri- *quam*  
 ca facile intelligo jure & legitimè  
 me facere, si pedibus incedam;  
 non tamen ideo si rhedæ aut equi

commoditas suppetat, iniquè egerim si eâ commoditate utar: rursus indidit Deus homini appetitum in venerem: si tamen isti cupiditati non obsequar, peccati me reum non facio: neque etiam mulieres, si infantes ipsæ non latent; etiam si mammilarum strutura & fabrica satis doceat in eum finem tam magnatum uxoribus, quæ isti oneri se se frequenter subducunt, quam tenuioris fortunæ mulieribus, istæc membra concessa esse.

*Respon-  
sio ad  
præce-  
denter  
objec-  
tione-*

Sed exempla, quæ in objectione adferuntur, non quadrant cum iis regulis quas supra tradidimus: cum in exemplis adductis, aut suspendatur tantum usus membrorum, & facultatum; aut propter majorem commoditatem, quæ aliunde homini suppetit, illorum membrorum, & facultatum usus nunquam exseratur. Regula autem supra tradita docet tunc

tunc rem fieri contra decorum naturale , aut hominem in seinet peccare , quando aut plane membra & facultates interciduntur ; aut directè iis aliquid contrarium committitur ; quod Deus inten-  
dit : non uti pedibus ad iter aut ad deambulationem , longè differt ab amputatione pedum , qua usus planè & immediate tollitur : & id aufertur quod immediate à Deo originem habet , non interceden-  
te usū humanæ voluntatis : & quod istius est naturæ ut aliquid perfectionis in homine repræsen-  
tativum sit : quod addo , quia quodcunq[ue] tale non est , id tu-  
tò pro hominis arbitrio tolli pot-  
est , quia potius sequitur natu-  
ram constitutam , quam quod par-  
tem hominis faciat . Pari ratione  
ad tempus intermittere usum ra-  
tionis licet , sicut fit in somno ;  
omnino tamen tollere propter ra-  
tiones supradictas non licet . Ea-

B 7 dem

dem ratione longè differunt non confuescere cùm muliere , & illicitā venere uti : in priori non utitur homo dono Dei , quod ad uitendum concessit , si velit ; in posteriori utitur illo bono contra naturalem suum finem : quemadmodum longè differunt , ambulare , non ambulare : & incompositis gestibus hominemque gravem non decentibus incedere .

*Quo autem pacto cognosci poterit quis cujusque rei sit licitus & naturalis usus , supra indicavimus ex parte , & breviter sic in compendium contrahimus . Cum de parte aut facultate hominis incidit disputatio , ea omnia integra conservanda sunt , quæ si mutillentur , luxentur , aut collantur , frustra Deus quasdam partes homini concessisse videatur . Si instituatur quæstio de usu facultatum & partium , is dicatur naturalis qui nos ducit ad illum finem , ad quem*

*Quo modo cognosci poterit quis cujusque rei sit licitus & naturalis usus .*

quem nos vitæ membrorumque,  
& facultatum homini propriarum  
natura dicit ille. autem usus,  
non tantum *licitus*, sed etiam *ne-  
cessarius*; qui si omittatur, istum  
finem subvertit, aut ei repugnat:  
ille autem *usus contra naturam*, qui  
ab illō fine removet: is autem *non  
necessarius*, qui si suspendatur, aut  
plane omittatur, nihil tamē *con-  
tra naturalem finem* fit: cuius ge-  
neris sunt ea *omnia*, quæ *nece-  
sarium cum fine naturali nexum*  
*non habent*: & ideo pedum, mam-  
millarum, & membrorum gene-  
rationi *dedicatorum usus*, omitti  
potest fine peccato. quis enim  
hic finis subvertitur? genera-  
tio-  
nis v. g. inquires: at ille non sub-  
vertitar, sed tantum non exerce-  
tur actus generationis. at hæc tam  
longè differtur, non uti re aliquâ,  
& naturalém usum rei subverte-  
re: quam longo intervallo di-  
stant, quib[us]dam æditum parti-  
bus

bus non uti ; & easdem partes , aut plane destruere , aut ad usum contrarium applicare , quām in quem à Domino ædium constrūctæ sunt . Sed instabis , saltem colligere liceret ex fabrica talium par-

*Qua sit  
differen-  
tia inter  
usum  
rei in-  
termis-  
sum , &  
inter  
usum  
natura  
reis con-  
tra-  
rium.*

tium , Domini voluntatem fuisse , ne sine usu & fructu certa ædium pars maneret : & ita concludere liceret , neque perpetuum cælibatum licitum esse : neque matronis fas esse suo lacte infantes non nutrire : cum Deus abundè instruxerit naturam cujusque , ut aliorum opera uti iniquum sit . Sed eâdem operâ conficeretur , neque cuiquam esse fas aliorum operâ & industriâ uti , quibus efficiendis ipse par est : & divitis officium erit , labores eos ærumnosos subire , quos sustinent mercenarii : & infinita hujusmodi absurdâ sequentur , si præcedens objectio legitima habenda sit . Ergo ille usus tantum est necessarius , qui si omit-

I V S T I E T D E C O R I . 41  
omittatur , finem rei ad quem  
condita est subvertit , aut ei re-  
pugnat.

Omnia autem hujusmodi pec-  
cata , talia sunt , ut per ea homo  
in seipsum peccet , atque in digni-  
tatem suam : neque in iis aliquid  
Deo , aut proximo subtrahitur ,  
quod justitia iis largiri jubet . Et <sup>Depos</sup>  
<sup>catus</sup>  
de his peccatis exiguum mentio-  
nem fecit Hobbius , quia ad fi-  
nem , quem sibi in suo libello pro-  
posuerat , non magnoperè confe-  
rebant : nōs autem ea supplebi-  
mus , ut fundamenta , quibus pec-  
catorum natura innititur , omni-  
bus constent . In duas autem clas-  
ses commodè dividi possunt : ut  
alia dicantur peccata contra na-  
turam strictè loquendo : alia con-  
tra decorum naturalem hominis ,  
quia cum hominis dignitate non  
congruunt , & innuunt eas per-  
fectiones , aut gradum in creatu-  
rarum ordine , supra quem nos ex-  
tulit Deus . Pec-

*Quo-  
modo  
investi-  
gentur  
peccata  
qua  
contra  
natu-  
ram  
fieri di-  
cuntur.*

Peccata quæ speciali ratione contra naturam committi dicuntur, ideo peccata esse judicantur, quia in iis est deviatio ab illo fine, ad quem propriè ille appetitus nos dicit, & quem assequi animus studet, si naturali suæ directioni relinquatur. Nam primò appetitum illum voluptatis libidinofæ à natura homini inditum esse, non magis dubitari potest, quam affectus amoris, spei, iræ, audaciæ, constantiæ homini largitus est Deus. Quemadmodum autem singulis affectibus speciali objectum, & finis à Deo assignatus est, quem intutare homo sine prævaricatione non potest: sic neque objectum appetitus venerei. *Quis autem nostrum non videt isti appetiti legitime satisfieri non posse, nisi in coniunctione cum compati & adjutrice muliere: quemadmodum neque amori, nisi in unione cum*

re

re amata; iræ, nisi in propulsatione damni futuri, per debellationem rei, quæ nobis jam modò aliquod damnum intulit, & ne secundò inferatur, justus adest metus. Siquis itaque affectu iræ aliter utatur, contra iræ naturam agere præsumitur: qui itaque v. g. in rem inanimatam excedens, ille iræ finem prætergreditur, quia causa, quare homo cum ratione ad vindictam ferri oportet, in re vita animali destituta non reperitur. Neque etiam affectibus multiplices fines, & usus speciei aut generi differentes, attribui possunt: neque unus affectus alterius objectum sibi vindicare. cum enim affectus non ratione, neque ex hominis arbitrio excitentur: sed sapientis virtus tantum in eo absolvatur, ut iis modum imponere possit: fieri non potest, quin singuli affectus propria sua objecta possideant.

motus

motus enim naturales animæ uniusmodi à diversis objectis excitarentur: & tam beneficium iram in hominis anima excitare posset; quām injuria: & tam malum à nobis recedens, & subducens se, nos hortaretur ad affectum constantiæ, quæ propriè versatur inferendo malo incumbente, & ingruente: quam malum tale quale requiri in objecto constantiæ, jam diximus. Et horum omnium ratio est, quia in omni animi affectu qualicunque, est certus & determinatus motus spirituum interiorum, imitans fermè motum spirituum & humorum qui in affectibus extrinsecè se manifestant: & quot diversi spirituum motus observari possunt, tot sunt passiones. Quam itaque naturæ motui repugnat, corpus eodem tempore diversas motus determinationes suscipere: tam impossibile est unum eundemque affectum.

I V S T I E T D E C O R I . 45  
affectum diversa sibi vindicare  
objecta.

Revertamur rursus ad appeti-  
tum copulæ , quæ in omni amo-  
re strictè sic dicto sese manifestat:  
illi necessariò certum objectum  
& suus finis assignandus est : at  
an ejus objectum non est mu-  
lier respectu viri , & vir respectu  
mulieris : & finis proximus à na-  
tura intentus, liberorum procrea-  
tio; quemadmodum iræ objectum  
est injuria , & finis propulsatio  
damni, & vindicta noxæ:& quem-  
admodum nemo iræ aliud obje-  
ctum aut finem constituere pot-  
est , nisi statim à naturæ instituto  
divertat, sic neque appetitui li-  
bidinosæ voluptatis: In prove-  
ctoris autem ætatis hominibus il-  
la copula damnari non potest :  
non magis quàm vindictæ appe-  
titus in homine infirmo , qui no-  
vit suas vires pares non esse in  
propulsando malo : justè enim  
ta-

## 46 DE PRINCIPIIS

*Etiamsi tamen irascitur, quia accepit in-*  
*finis co-juriam. sic justè copulam app-*  
*pula & conjugis tit, etiam capularis senex, quia*  
*ft libe-rorum objectum adeat istius appetitus,*  
*procrea-tio; pot- scil. mulier: licet sciat se finem*  
*est ta-men se-nex non posse assequi, non ideo ab*  
*transire ad pa-gum usu juris sui prohiberi potest: cum*  
*ad illum usum, quemadmodum*  
*matri-moniale. victoria ad vindictam: & sicut li-*  
*cet cuivis propter acceptam inju-riam irasci, etiamsi suis viribus*  
*diffidens desperet actualem aliquam noxam inferre posse inimi-co: sic etiam cuivis licet inire ma-trimonium, etiamsi de procrea-tione liberorum desperet.*

*Volu-ptas li-bidinosu-non pot-est esse obje-ctum aut finis appeti-tus ve-nerei.* Si autem quis dicat ipsam voluptatem libidinosam, quocunque modo capiatur ejus usus, finem esse ipsius appetitus: is tantundem dicit, ac illi qui docent vindictæ atque iræ finem esse posse gaudium, quod aliquis caput ex vindicta, etiamsi nulla alia uti-

utilitas rediret ad vindicantem ex vindicta : quod alibi refutavimus. Et , si affectuum naturam propius intueamur , manifestum fiet, nullam voluptatem , quæ quosdam affectus comitari solet , posse esse finem eorundem , aut objectum. excitantur enim affectus in nobis ex objectis certis circumstantiis , & qualitatibus affectis , ergo circa ea affectuum operatio versatur , & ex iis affectus excitantur : at voluptas actionum earum accidens est , & objectum non attingit , & operationem tantum comitatur : neque propter id , quod in objecto affectum per affectus producendum est , tamquam vera causa , voluptas adest. Hæc autem quæ de voluptate dicimus , in affectibus tantum locum habent , quos excitare pro arbitrio in nostra potestate non est : in rebus & actionibus , quas nos ultiro facimus quando lubet , disparatio est ,

## 48 DE PRINCIPIIS

est, & saepe voluptas legitima erit, quæ rationem primarii ob-

*In rebus jecti & finis obtinet : in iis enim*

& actioni- *Deus homini concessit suis actioni-*

bus qui- *nibus finem & objectum con-*

bus pro *stituere : sic in ambulatione quæ*

arbitrio *voluptatis gratia instituitur, ho-*

finem *mo illi finem voluptatem assignat, & objectum excitans am-*

assigna- *bulationis desiderium, est ipsa*

mus & *voluptas : quia illi ambulationi à*

objec- *natura certum objectum aut fi-*

ctum, *nis determinatus non est : ne-*

volu- *que ex Dei instituto certum or-*

ptas ob- *dinem in natura habet, quales*

jecti & *sunt affectus, & res aliæ infinitæ,*

finis ra- *quibus homo pro sua libidine ob-*

tionem *jecta & fines assignare non pot-*

habere *est : aut eas in bonarum aut ma-*

poteft. *larum rerum censu, non magis quam furtum, homicidium,*

Ex his itaque principiis adulterium virtutis loco habere

excudendas demonstrationes putamus, quibus actiones contra

natu-

naturam commissæ peccati arguantur.

Ad hæc autem peccata quibus homo in seipsum peccat, scortationem strictissimè dictam referimus: in qua nec ratio generandæ prolis, aut ejusdem educationis habetur. si quæ autem alia consuetudo viro cum muliere intercedit, quæ propter conditiones, quas ineunt, talia incommoda & naturalia indecora post se non trahit: & tamen vulgo scortatio vocetur, propter defecum quarundam conditionum quæ in matrimonio strictè dicto adsunt: eam illegitimam esse ex ratione naturali probari non potest. quare nec concubinatus, nec polygamy, neque divortium extra casum adulterii, peccata esse nemo ratione firmâ ex natura de- promptâ probabit. quascunque hactenus vidi proferri rationes, inferunt incommoda quædam e-

C veni-

venire , nisi adsint omnes illæ conditiones in matrimonio , quas Christiana religio adesse jubet . sed quodcunque minus societati humanæ commodum confert , id eo statim peccatum non est , sicut ex superioribus constat : & gentibus non facile persuaderes , quorum pacta matrimonialia conditionibus illis , quas Christiani urgent adesse debere , destituuntur , plus utilitatis in rem publicam redundaturum , si in Christianorum mores transirent.

Multo minus incestuosa matrimonia , ita inter Christianos vacuita , ex ratione probaveris contra legis naturalis dictamen contrahi : neque membrorum generationi dedicatorum obvelationem ex legis naturalis præscripto fieri . sed quia hic ea asserimus , quæ multis , minus probata videbuntur ; Iubet nostram sententiam argumentorum quorundam ful-

*Negue  
ince-  
stus, ne-  
que pu-  
dendo-  
rum re-  
latio.*

IUSTI ET DECORI. 51

fulcris stabilire. *Primo* dicimus; cum nobis persuasum sit ex alio principio peccatorum contra naturam & decorum naturale demonstrationem desumi non posse, quam ex eo quod supra inculcavimus: meritò asserimus tales contractus matrimoniales, & eorum membrorum revelationem, non repugnare appetitui illi venereæ libidinis: cuius naturam cum supra explicaverimus, frustra esset operosè illud deducere: cum cuivis in aperto fiat, ex contemplatione istius appetitus, eum nihil vitii moralis arguere in rebus, de quibus disputatio in præsentiarum instituitur. *Secundò*, cum Deus dispensaverit, & permiserit contrahi matrimonia inter eas personas, quarum necessitudines & consanguinitates jam inter Christianos ea prohibent: sequitur talia matrimonia jure naturali interdicta non fuisse: quia nun-

C 2 .quam

## 52 DE PRINCIPIIS

quam Deus potest de jure naturali dispensare. Sed quia id communiter à Theologis negatur, hâc demonstratione probatum dare conabimur.

*Deus non potest dispen-*  
*sare in legibus na-*  
*turalibus, stante*  
*hoc mundi*  
*ordine.*

Deus debet necessariò leges naturales tamquam justas æstimare, posito & constituto ordine in hoc universo, qualem jam esse quorumvis oculis ingeritur, & non potest non quicquid ab iis deflectit, tamquam iniquum aut indecorum agnoscere: cuius rei ratio est, quod omnes res quas cogitatione nobis imaginari possumus, semper quandam schesin & relationem habeant, natam ex intrinseca rei natura, quæ à re, si quis rationis usum sibi interdicere nolit, separari non potest. Sic v. g. gratuita rei largitio non potest non beneficij nomine venire: beneficium autem, non potest non ab homine ratione utenti, pro tali agnosci: ita agnitus, non

non potest non ille homo se pro beneficiio accepto , datori obstricatum agnoscere , & fateri officium suum esse , testari gratum suum animum. ergo Deus non potest facere ut ingratitudo vitiū morale non sit : & per consequens mandatum de gratitudine erit legis naturalis , & quidem divinæ : imo non oportet distinguere inter duas illas leges, stante *Eadem naturâ, & ordine universi* : propter rationes quas supra tradidimus , ubi sermo fuit de ratione investigandi ea , quæ Deus à nobis fieri postulat. Quæ autem hic diximus de gratitudine , de reliquis legibus naturalibus eâdem methodo astruuntur. ergo nulla dispensatio esse potest in legibus naturalibus: atque adeo matrimonia jam incestuosa habita , sunt talia, vi alterius legis. Tertiò, si revolutione membrorum generationi dicitorum esset peccatum contra *legem mundi*

legem naturalem, primo sequeretur in infantibus illud esse peccatum, & eâdem curâ parentes incumbere deberent ne in iis partes illæ conspectui pateant, quâ in grandioribus illas partes obvelamus, quæ turpem aspectum habent: imo nunquam casus aut necessitas evenire posset, quâ illorum membrorum reiectio, peccati notam effugere posset. nam leges naturales sunt perpetuæ obligationis: nunquam furari licet, nunquam scortari, nunquam obtructare. si autem quippiam aliquando licitum fiat propter circumstantias, quod ante eâ conditione destituebatur: v. g. membrum sui corporis amputare, ne pars sincera in mali contagionem trahatur: æstimandum non est illud fuisse legis naturalis mutabilis: quia nunquam prohibitum fuit mutilare se, ut inde toti corpori salubritas conciliaretur: & sem-

semper lege naturali cautum est,  
ne quis præter similem necessita-  
tem in proprium corpus sœviat.

Denique cedant mihi adversa-  
rii unam rationem, quâ probent  
viri vel mulieris conditioni repu-  
gnare talem pactum inire matri-  
monialem, qui in perpetuum non  
duret, & (ut loqui solent) indivi-  
duam vitæ societatem non con-  
tineat: quæ doceat viro integrum  
non esse plures sibi adjungere u-  
xores &c. si in omnibus de qui-  
bus hic controvèrtitur, vel um-  
bram contradictionis moralis o-  
stendere possint, in posterum ne-  
mo me habebit refragatorem. In-  
culcant passim communem gen-  
tium consensum: sed multis mo-  
dis ille gentium consensus mihi  
non satis fundatum principium,  
aut distinctiva nota boni & mali  
moralis videtur. fuit quondam  
tempus, quo servitus ubique gen-  
tium in usu erat, & vivorum ho-

56 DE PRINCIPIS  
minum immolationes : hodie apud omnes gentes vir caput mulieris est : probent æquitati naturali repugnare, contractum matrimonialem sub contrariis conditionibus iniri non posse. Sed lubet accuratius falsum illud prin-

*Consensu* cipium subvertere : si jus naturale nobis innotescet ex consen-  
*mora-* tiorum su morationum gentium ; quæro  
*gentium* standum quis judicabit , quæ sint gentes  
*non est* illæ moratores ? Pontifici , qui  
*in con-* non minimam orbis terrarum  
*trover-* partem faciunt , docent multa  
*ſtu de* peccata contra legem naturalem  
*aqno &* non fieri , quæ nos incestus vocamus.  
*jnſo.* Et , si examen instituatur , quo loco quæque natio , quædam  
peccata habuit , reperies multis , etiam morationibus joculare tan-  
tum delictum fuisse , quod aliis  
capitale , & hodie vivi-comburio  
debetur , loquor de cynædis , &  
peccatis , quæ cum iis affinitatem  
habent.

De-

Deinde quæro , ad quos mores respiciemus : an ad illos , quibus natio , quæ de poenit delibera- rat , consentit : sed tunc cuique nationi sui mores sufficient : an ad eos , quibus ab aliis discrepat ? at nec hoc fieri potest : cum enim in aliis institutis cum gentibus con- veniunt , in paucis autem discor- des sunt , quare aliorum mores de quorum honestate ambigitur , tamquam decoros acceptabunt ? examine sit opus , ergo & alio principio secundum quod exa- men instituere oportet.

Denique si bene rationes sub- ducas , deprehendes moratores gentes ab omnibus Romanos ha- beri , & in plurimis eorum insti- tuta imitari. Sed & sunt gentes quæ leges Romanas ex sua repu- blica exterminarunt : neque si- nunt jus & æquitatem ex eorum placitis pronunciari. Et cum Ro- mani leges suas condidere , non

C 5 adhi-

58 DE PRINCIPIIS  
adhibuere in consilium aliarum  
gentium constituta: sed rationem  
sanam: neque commisere illud  
negotium vulgo & multitudini:  
sed doctioribus & prudentiori-  
bus, qui certè moratiores gen-  
tes vocari non possunt: ut appa-  
reat consensum moratiorum gen-  
tium terminari in paucis legisla-  
toribus. Et illi legislatores, quo  
duce æquitatem & justitiam sin-  
gulorum actuum invenere? an  
non ratione? at ad quam regulam  
collineavit ratio? ad primum a-  
liquod principium, inquies. sed  
unde ratio sibi istud principium  
comparavit? non fuit scriptura sa-  
cra: tale enim principium in li-  
mine hujus tractatus exclusimus:  
non consensus moratiorum gen-  
tium, non dictamen conscientiæ  
legislatoris: quomodo enim pau-  
corum animi impetus in difficulti-  
hac materia regula esse potuit? Vi-  
deant itaque illi, qui tantopere  
incul-

inculcant consensum moratio-  
rum gentium, quam debili argu-  
mento innitantur.

At querat aliquis, quomodo *Quare*  
illa omnia, quæ hactenus pro- *quadam*  
bayimus legi naturali non repu- *commu-*  
gnare, tamen gentes ferme omnes *niter ab*  
evitarunt, & quasi communi con- *omnibus*  
sensu exterminarunt ex suis re- *nationi-*  
bus publicis: cum in aliis rebus *bus re-*  
indifferentibus tanta semper re- *sint,*  
perta fuerit morum diversitas? sed *qua ta-*  
quare paupertas ferme apud o- *mpera-*  
mnes gentes vilis & abjecta ha- *bantr.*  
bita, quare sordida vestimenta  
viro erectioris ingenii & bono  
loco nato pudorem incutiunt?  
quare rubore suffundimur si quis  
nos erroris, etiam qui neminem  
peccati reum arguit, convincat?  
Quare fratres & sorores, quæ  
sunt frontis tenerioris, non lu-  
benter simul intersunt consortiis  
in quibus blandimenta amato-  
rum vel admittere, vel deferre

continget? quare fratres communiter de rebus venereis inter se parcus loquuntur, quam cum de iisdem rebus cum aliis incidit sermo? quare ferme omnes pulchritudinem magis aestimamus, quam deformitatem? Infinita hujusmodi recensere mihi in promptu foret: quorum omnium si contrarium fiat, peccatum non est. ne quis putet id omne peccatum esse, & naturalis legis dictamine prohiberi, quod pudorem incutit. Quare autem horum quædam amplectamur communiter, quædam defugiamus, est quia aliquam infirmitatem & imperfectionem arguunt, quam quicque à se longissimè abesse in votis habet: prodeuntibus autem annis, intellectus tale naturale judicium de iis exserit: quemadmodum de infinitis alijs rebus: & quæ in infantia non damnabamus, propter judicii aut qualitatum  
qua-

quarundam defectum, in pueritia & adolescentia nobis adverfa esse incipiunt. Harum autem imperfectionum quasdam Deus in homine Christiano, aut abesse voluit, aut saltem tegi, idque vel coram omnibus, vel certis quibusdam personis: in quarum conspectu illas imperfectiones ostentare minus decorum erat: alias autem reliquit hominum arbitrio: ita tamen ut, qui eas magis tegat & evitet, politioris vitæ, & magis compositis moribus esse videatur: ad quam morum civilitatem si quisquam non assurgat, à peccato tamen immunis est. Et ideo incestuosa matrimonia lege suâ prohibuit Deus: iis autem, qui pluribus gradibus distant concessit illam arctam vitæ conjunctionem: verecundia enim minor in his, quam in illis. & hæc fuit ratio, quare cum muliere menstruata congressum Deus prohibi-

C 7 bue-

buerit: quèm jam licitum esse putant ferme omnes: in fluxu enim menstruo novus pudor mulieri incumbit: quare etiam eam reverenter haberi voluit Deus à maritò. neque video ullam rationem , quare membrorum qualiumcunque revelatio in se considerata non sit licita , tum propter rationes supra traditas : tum quia in se peccatum non est : neque ullum Dei præceptum in Euangeliō extat, quod illorum membrorum obnubilationem imperet.

Sed, inquies, si legi naturali non repugnet partes generationi dicatas detegere: ergone licet cuivis in conspectu hominum eas revealare ? ita certe : modò in illa detectione aliquid non sit, quod ho-

*Proba-  
tur ul-  
terius  
detec-  
tio-  
nem p-  
dendo-  
ram*

nestati naturali repugnet. sed instabis : fieri non potest quin hæc semper incurvant in honestatem naturalem : sed id nobis longè à vero abesse videtur : quod sic de- mon-

monstratum imus. contra honestatem naturalem fiunt, quæ contra pudorem naturalem commitmentum : pudor naturalis is est, non esse  
 cum quem justè suarum imperfectionum pudet : justè pudet, contra legem  
 cum tales imperfectiones possideat, vel quas possidet ita prodat, natura-  
 ut proximus jure meritoque eum lem.  
 ideo minoris facere possit. facit autem id proximus justè, quoties tales imperfectiones in eo obser-  
 vat, aut foras prominere videt, quæ sunt præter dignitatem illius, in quo illæ comparent : ad-  
 dicunt autem tales imperfectiones naturaliter aliquem in contemptum : quia videt inter im-  
 perfectionem illam, & personam quam sustinet proximus discon-  
 formitatem : in proximo autem disconformitas appareat, quia in-  
 ter locum quem habet inter suos, vel habere debebat, aut habere saltem credebatur, & inter eas  
 qua-

qualitates, quarum respectu certus civibus locus assignatur, non datur mutuus nexus, & conveniens schesis atque relatio: quæ autem qualitates, & in quo gradu cuique personæ adesse debeant, id usus consuetudo & ratio gentis determinat. Qui doctrinâ & eruditione celebris est inter idiotas, is eundem gradum atque dignitatem inter doctos sustinere non posset: qui in multarum rerum ignorantia versatur, nullâ unquam usus disciplinâ, ille absque contemptu indoctorum in numero censetur: qui autem diu in alicujus disciplinam sese tradidit, nulos autem progressus fecit, is certe sine aliqua infamia non caret multarum rerum scientia: qui inter cives moratores enutritus, non sine vizio minus cultis moribus est: qui tamen rustico, aut in tali gente ætatem agenti viro, quæ minus morata est,

est, sine ullo dedecore adsunt: qui eas corporis partes detegit, quas consuetudo gentis tectas esse vult, is in honestatem naturalem peccat, si eas conspectui patere faciat: quas tamen alius alibi terrarum, ubi illa consuetudo non obtinet, agens, sine peccato aut petulantiae nota detectas habet. pari ratione in idem vitium incidit, qui ad naturae requisita praestanda coactus, secreti licentiam non querat, à quo tamen immunis est, si necessitas obstat. ob eandem causam contra honestatem peccat, qui in hominum non familiarium consortio, eorum officiorum honestatis sibi veniam indulget, non praefatus veniam, quæ arctæ amicitiae jure sibi invicem condonare solent, atque possunt, amici: & ideo, qui anatomiam docet studiosos, omnia ea exponit palam, quæ eidem extra illam rationem constituto, ne nomi-

nominare fas esset. Eadem etiam ratio est, quare viri plus sibi indulgent in rebus, in quibus turpitudini locus est, quam nos famminis concedimus. Idem dicimus de genitalium detectione: & à reliquis tantum gradibus differre dicimus: agnoscimus enim illam gentem admodum à morum modestia descivisse, quæ vitio non vertit genitalia detecta habere: neque sine gravi peccato maiores talium gentium ad illum impudentiæ gradum venisse: postquam autem consuetudo invaluit, ut ex communi gentium sensu, nota turpitudinis ablata sit à tali vivendi modo, totam gentem extra peccati labem genitalia detecta habere credimus: quia nullam imperfectionem aut infirmitatem erubescendas homini ei rei inesse agnoscunt: non magis quam nos in detectione vultus matronarum, quæ in publicum produnt,

eunt, quod tamen apud alias gentes matronis vitio vertitur.

Sed instabis : licet illæ gentes nullam turpitudinem in ea membrorum detectione agnoscant, quia nullam imperfectionem in ea esse existimant, quæ foras, ut ita dicam prominens, justum nobis pudorem incutere debeat : non desinit tamen esse aliquid in illa detectione, quod si justè perpenderent, pudoris earum gentium interesset, illud proximi oculis subtrahere. Sed id verò consentaneum non est : nam cum constet non raro citra peccatum talia membra detegi, v. g. cum medicatrici manui committenda sunt : aut cum ea urget necessitas, quæ temporis aut rerum copiam non concedit ad ea tegendum: vel cum nutrices infantes fasciis involvunt ; eorumque nuditatem intuentium oculis sine ullo impudentiæ vitio exponunt : hæc inquam

Qua sit quam cum sine peccato fiant,  
 ratio quærendum est, quare ita cen-  
 quare in seant communiter homines? in  
 casu ne- cessitatibus duobus prioribus casibus, in-  
 genita- quies, est necessitas. sed prima-  
 lia dete- rium dubium reliquum est, qua-  
 gere li- re tali in casu necessitas à pecca-  
 to excuset: proculdubio quia im-  
 pudentiæ nota adesse desinit: de-  
 sinit autem adesse, quia tali in ca-  
 su hominis istius infirmitas con-  
 spectui patet absque ostentatio-  
 ne, aut protervia: quæ an absit  
 judicant communiter homines  
 ex circumstantiis, quas in singu-  
 lis recensere longum esset. at quæ  
 protervia aut suæ infirmitatis im-  
 pudica ostentatio est, si aliquis  
 eas partes in hominum conspe-  
 ctum incurrere sinit, quæ pudi-  
 citiæ aut impudicitiæ locum non  
 faciunt? at illæ gentes, apud quas  
 consuetudo, Europæis contraria,  
 obtinet, non æstimant in dete-  
 ctione genitalium impudicitiæ  
 mate-

materiam esse: quia non est nota infirmitatis aut imperfectionis pudendæ homini. quid autem habendum sit pro perfectione, in homine ita requisita, ut si absit, illam imperfectionem, cum conscientia suæ infelicis fortis agnoscere debeat, id totum ab usu & consuetudine gentium pendet: quod supra inductione probatum est: neque disparem rationem in hac genitalium detectione ullus nobis ostendet. Deinde si gentibus illis barbaris id vitium esset, constare iis debebat, se contra legem aliquam peccare: at ostendat nobis aliquis quomodo in cognitionem istius legis venirent gentes illæ. Instinctu naturali, inquietus: & contemplatione morum aliarum gentium moratorum: sed quid de regula agendorum, petita ex moribus aliarum gentium statuendum sit, alibi docuimus; & tunc saltem illæ gentes Non  
potest  
constare  
gentibus  
in detec-  
tione  
puden-  
dorum  
aliquid  
pecca-  
mere-

tum esse, mererentur excusationem apud  
<sup>si con-</sup>  
<sup>suetudo</sup>  
<sup>ea tegen-</sup>  
<sup>di apud</sup>  
<sup>illas</sup>  
<sup>gentes</sup>  
<sup>non sit.</sup>  
 Deum, si aliarum gentium mo-  
 res ipsis non immotuissent: & co-  
 pia eas cognoscendi facta nun-  
 quam fuisset. In instinctu natu-  
 rali tantundem praesidii situm re-  
 perient: nam primò non sequitur  
 ad quodcunque aliqua inclinatio-  
 ne naturali ferimur illud facien-  
 dum esse: multis & omnibus fer-  
 me junioribus, qui integra vale-  
 tudine fruuntur, ineſt libido in-  
 venerem, isti libidini tamen o-  
 mnes obsequi non tenentur. o-  
 mnibus & singulis insitus est a-  
 mor sui conservationis, licet ta-  
 men nonnunquam cum summa  
 laude, isti inclinationi resistere,  
 & illi aliquid contrarium perpe-  
 trare. Multis ineſt rusticus pu-  
 dor, quem morum magistri exue-  
 re student animo eorum, quo-  
 rum curam suscepere: est alijs  
 pudor, qui laudandus, eo tamen  
 si quis careat, culpandus non est:  
 cum

cum prior perfectioris indolis si-  
gnum sit, posterior quidem inge-  
nii minus perfecti, non vitiosi ta-  
men : est & aliis pudor necessa-  
rius, cuius absentia nunquam cul-  
pa carere potest. passio illa pudoris  
in genere quemvis ad ea agenda  
impellit, quæ isti passioni congrua  
sunt, & à commissione eorum  
retrahit, quæ illi sunt contraria.  
ergo ille instinctus bonum à ma-  
lo non discriminat. Attamen, in-  
quies, videtur ex lege naturæ im-  
perante aliquid fieri, cum omnes  
rationes in unam mentem con-  
spirant, paucissimis exceptis ;  
quemadmodum fit in obvelatio-  
ne genitalium : sed quid mirum,  
cum apud omnes gentes gravi-  
tas & modestia in pretio sint : &  
ea rursus apud easdem contem-  
ptum non effugiant, quæ gravi-  
tati contraria sunt ? priores enim  
virtutes, denotant virum sua cum  
ratione dirigentem, & prudentiam  
omnia

omnia moderantem : quæ prudentia apud omnes in æstimatione est, quia ea bona nobis conquirimus, mala evitamus : posteriora autem, modestiæ & gravitati contraria, denotant virum levem, inconstantem, consilii præcipitis : & qui multorum malorum sibi causa existit: quid autem virum gravem magis dedecere videtur, quam quæ in amatoriis complexibus fiunt? & ideo rectè Poëta cecinit, Turpe senex miles, turpe senilis amor. Cuivis etiam manifestum jam est, quomodo peccata quæ contra honestatem naturalem fieri dicuntur, mala sint: quia fiunt contra primam & fundamentalem legem, conservationem scil. suipsius: neminem enim fugit quanti referat ad bene esse, ut quivis contemptum à se moliatur : at qui impudicè se gerit, contemptum suorum effugere non potest.

Sed

Sed cum adversarii non cessent inculcare suos instinctus naturales, notiones communes, legem cordi inscriptam: lubet ulterius exponere, quid de hisce omnibus dicendum putem. Anima ex creatoris placito ita corpori unitur, ut ab eo pati atque affici possit: docet id experientia: neque alto consequentiarum suggestu hic opus est. Omnis autem illa passio ad duo commodè referri potest; ad dolorem, & voluptatem: dolorem concipit anima, quoties talis fit spirituum motus ad mentem, quæ unionis naturæ minus est conveniens: voluptatem, quoties eum motum percipit, qui unioni convenit. Hac itaque affectione prædita erit mens cum corpori unitur: & hæc affectio est unicum principium, menti à creatione inditum: reliqua principia, aut notiones, quocunque lubet vocare nomine, acquisitæ sunt: &

D ipsâ

ipsâ mentis ope sedem in mente  
habent. Mens enim cum sentiat  
motum sibi ingratum, studet il-  
lum motum immutare; aut à se  
depellere: & inde nascuntur o-  
mnes affectus, qui versantur in  
amolitione ejus, quod malum est:  
cum verò sentiat motum gratum,  
& sibi convenientem, studet il-  
lum conservare, & talem spiri-  
tuum motum concitat, qui con-  
tinuando priori motui appositus  
est: & hinc origo petenda o-  
mnium affectuum, qui versantur  
circa consecutionem, aut conser-  
vationem rei gratæ & jucundæ.  
Quales autem in singulis affecti-  
bus spirituum motus sint, id jam  
docuere viri doctissimi tantâ so-  
lertiâ, & exacto judicio: ut pla-  
nè insipientis sit, sperare posse a-  
liquid novi excogitare, post eo-  
rum lucubrationes.

Sunt itaque affectus in infante,  
adhuc in utero latente, orti ex  
per-

perceptione rei gratæ , aut ingrātæ : postea , infans in lucem protractus experientiâ propriâ, disciplinâ, aut exemplo veñit in cognitionem aliarum multarum rerum , quæ dolorem , aut voluptatem producere possunt : & ad perceptionem illarum rerum excitantur illi affectus , quos jam in utero expertus est : aut iis saltem similes , & affines: cum illi, quibus infans ante usum rationis subjectus non fuit , ex iis tamen affectibus conflantur, qui ante usum rationis infantem afficiebant: quod cuivis naturam affectionum proprius intuenti manifestum erit.

Quod si autem homines ad quædam alia objecta amplectenda, ad alia autem fugienda proniores videantur ; id non indicat aliquam animæ dispositionem à prima origine ipsis inditam : sed aut usu comparatam dispositionem , aut passionum quarundam , aut tem-

D 2 pera-

peramenti proprietatem, quæ non  
sinit hominem in iis versari, ad  
quæ spirituum natura, aut eorum  
motus ipsum parum idoneum  
reddit: quia cum difficultate, &  
labore mens operatur, cum ap-  
posita instrumenta ad operandum  
nacta non est: atque ita dolor rur-  
sus in causa est, quare naturali-  
ter quædam defugere videamur:  
quædam autem amplecti.

Verissimum equidem est, ho-  
mini arbitarium non esse affecti-  
bus objectum attribuere: atque  
ita ex injuria, nude spectata, gau-  
dere non potest, ex bono quod  
percipit dolore angi, ex malo fu-  
turo in spem lætam adduci: sed  
totum illud dependet ex prima,  
illa dispositione animæ, qua in-  
conveniens spirituum motus illi  
gratus esse non potest: conveniens  
autem semper illam voluptate  
perfundere debet. & ideo homo  
contristatur super re ex naturali  
qua-

quadam propensione, quam dolore dignam censet: sed de qua re in specie dolendum sit, id naturalis quædam animi propensio non discriminat: cum multa ut mala vitemus, quæ mala non sunt: deinde finge rationem non aber rasse in exploranda natura rerum: non liquet homini integrum tamen non esse malum aliquod amplecti citra peccati labem, cum nemini dubium sit quin homini liceat sese multis bonis privare, etiam sine spe majoris præmii: neque tamen facit contra legis naturalis dictamen.

Deinde agnoscimus ex temperamenti proprietate, hominem primum reddi ad quædam amplectenda, ad alia defugienda, quantum temperamenti proprietas eum ad quædam agenda aptum reddit, ad quæ, data occasione, admodum suâ sponte fertur. Sic circa pubertatem sese prodit am-

D 3 torius

torius & venereus ille affectus, quo ducimur in amorem illarum rerum, quæ istius affectus libidini satisfacere possunt: sed ille affectus non jubet sibi obsequi ex lege naturæ: deinde non præcisè determinat, quibus nos applicare debeamus. est quidem ille affectus talis ut mores molles requirat: & ideo viragines, & asperioribus moribus præditæ virgines, non ita facile juvenes in sui amorem pelliciunt: & puerorum amatores, mollicellos & ad plenam pubertatem nondum proiectos deperibant. non talis tamen est istius affectus lex, ut si quis vetulam ambiat, ideo in legem naturæ peccare videatur: & qualis cunque ille affectus & inclinatio sit, appareat eam semper substructionibus dispositionis illius animæ, quam à prima origine solam animæ inesse diximus, inniti.

Dcnique non imus inficias hominem

minem ad quædam dogmata amplectendum admodum primum esse, v. g. dari Deum, judicium universale exspectandum, animam esse immortalem, pactis & promissis standum, non adulterandum &c. & quæ sunt ejusmodi, quæ naturalis legis dictamina appellare consuevimus. sed ista propensio non oritur ex notionibus quibusdam communibus, aut dispositione ulla animæ diversa ab ea quam descripsimus: sed plane beneficio illius primariæ & unicæ dispositionis originariæ existit in homine. Agnitione enim impotentiæ suæ ad devitanda quædā mala, & ex hac agnitione ortus metus, facit ut homines facile admittant, dari aliquod Numen, quod nobis potentia longe superioris, mala averruncare potest: & pœnarum inflictio, atque præmiorum distributio inter homines observata, & ut res maxime

D 4      nef-

necessaria habita, cogit homines ad credendum fore post hac aliquod judicium universale: cum pessimis & sceleratissimis quibusdam contingat, ita ex facili vitam degere. Denique protrita illa & cuivis obvia incommoda, quæ sequuntur legis naturalis violationem, quemvis docent ex legis naturalis dictamine vivendum. sed si anima, neque instituto, neque experientia ullam horum maiorum cognitionem haberet, quid æquum, aut iniquum esset pleriq; homines ignorarent. cum paucissimis sit datum ex alto repetere originem justitiae atque injustitiae, aut in cognitionem illarum demonstrationum penetrare, quibus utuntur Philosophi ad demonstrandam Dei existentiam.

Vocant autem homines hujusmodi axiomata legem naturalem, quia nunquam talis est hominis  
con-

conditio , sive ut singularem personam eum consideres , sive ut partem societatis , quin ejusmodi se se quotidie offerant , ut ea tamquam justa & æqua approbare necesse habeat , quæ vulgo ex legis naturalis præscripto fieri dicuntur. Admiranda quidem certe vis consuetudinis hic , sicut in aliis rebus apparet : ut homines de rebus quid æquum , quid iniustum sit , judicent , cuius judicii nullam tamen sepe rationem reddere possunt : imo eruditissimi in ratione reddenda non raro deficiunt , quæ populus ex consuetudine rectè facit : v. g. si quispiam in furto deprehensus sit , omnis multitudo animo & viribus annititur furem comprehendere : si autem quispiam ira percitus homicidium perpetraverit , omnes ejus libertatem optant , nullus saltem operam suam libenter ea in re commodat . fit id ex

D 5 ratio-

ratione: quia plus periculi cuivis ex fure, qui cujusvis fortunas rapere intendit, quàm à tali homicida, qui in illum tantùm excauduit, à quo laceſſitus fuerat. inquire ex plebe unde tam diversi animi affectus oriantur, ignorabit: roga aliquem communi philosophiæ scientiâ tintatum, dicet id fieri instinctu naturali: meo quidem judicio falsò, propter rationes supra traditas.

*Quo-  
modo  
labes  
origina-  
lis dispo-  
sitio ani-  
ma sit,  
dispo-  
nens ho-  
mines  
ad pec-  
can-  
dum.*

Sed objicit aliquis, at saltem labes originalis, est quædam dispositio in anima à priori distincta, quam à prima origine animæ adesse diximus. Sed duplex labis originalis consideratio est: una prout consideratur tamquam privatio rectitudinis, quâ Deus ornat animam primi parentis: & illius quidem privationis hæc ratio est, ut dispositionis alicujus nomen non mcreatur: sed constituit mentem aliquâ perfectione pri-

privatam: quemadmodum minor gradus caloris aut luminis , non est dispositio quædam aut qualitas in corpore , quod in comparatione ad aliud corpus lumino-sius aut calidius , minores gradus caloris aut luminis possideri dicitur. Est præterea labis originalis alia ratio , quâ consideratur tamquam prava quædam animæ dispositio : sed tunc crebris actibus acquisita est ; ita tamen ut propter parentiam justitiae aut re-titudinis originalis , omnes ho-mines ad crebros illos actus eden-dos sint redditi propensi : quod hac ratione evenit. Ante usum tationis ducimur tantùm præsen-tibus gaudiis : ea autem gaudia ortum habent ex rerum natura-lium menti convenienti usu : & ex illa proprietate unionis animæ , quâ quæ sensationem tristem affi-ciunt , abesse à nobis procul opta-mus , quæ gratam , continuò no-

D 6 bis

bis adesse postea prodeuntibus annis, & simul cum annis crescente iudicio, adhuc in ea naturaliter ferimur, quæ voluptatem menti conciliare possunt. Cupimus honores, cupimus divitias, imperia, esculentorum, & potulentorum copiam, quia illa omnia isti mentis naturali libidini egregie satisfacere possunt, quâ scil. optamus grata nobis adesse, ingrata autem arcere studemus. sed homo pariter ad Deum & proximum talem schesin habere incipit, ut priori inclinationi naturali, etiam usu robustiori redditæ, sine proximi aut Dei injuria obsequi non possit: hinc mali moralis origo: & ideo ad malum omnino procliviores sumus, quam ad bonum, quatenus inclinatio ad malum jam includit inclinationem ad res illas, quæ naturæ convenientissimæ sunt per se: noxiæ autem & malæ fiunt propter circum-

cumstantias. Quid enim mirandum antiquam & robustam consuetudinem , quām usus à prima pueritia menti insidere fecit, prævalere levibus quibusdam præceptis , quæ ratione tantūm ut æqua & utilia concipiuntur ; mentem tamen nisi cœlesti gratia imbutam afficere non possunt : non magis quām charitatis præcepta hominem ira incensum & vindictam parantem. dicit , vel potius trahit nos potenter , illorum bonorum consueta usurpatio , cui homo à pueritia indulxit : & tam vehementem concitat in nobis propensionem ad ea consequenda conspectus istorum bonorum , ut desinant audiri rationis habenæ : quemadmodum cum homo affectibus concutitur : & ut dicam quod res est , illa consuetudo quām proximè accedit affectuum naturæ , & eodem modo voluntatem in assensum cogit ,

D 7 quo

quo affectus eo quo feruntur rationem trahunt. Hæc autem si accuratius perpendantur, invictum argumentum suppeditant ad tuerendam nostrorum principiorum veritatem : omnes enim illæ propensiones, quas vulgo naturales vocant, & quæ tantopere virtuti reluctari videntur, & consequenter legi de conservatione sui ipsius : illæ inquam in se spectatæ bonæ, justæ, & æquæ sunt, summéque conducunt homini ad vitam feliciter transfigendam: quamquam ex accidenti sæpe vitiosæ fiant. quid homini conducibilius, quam vindictæ libido, quæ tamen magis hominem in peccandi necessitatem induit : quia maximè necessaria, hominique conveniens in se spectata : quia tamen illi modum imponere sæpe non possumus, ex commodo societatis humanae factum, ut vindictæ executio arbitris, aut judicibus à studio par-

partium longe remotis committetur: neque magis damnanda vindictæ libido in privato, quam justitia punitiva in magistratu. Par ratione homini impio & gratiæ divinæ diffidenti nullum votum magis conveniens, eo quo optat non dari judicem Deum: quamquam jam illud votum iniquum sit, quia fit cum Dei injuria: & eidem voventi calamitosum, quia cadit in irritum, & facit voventi augeri culpam. Sic quidem, quid magis corruptæ naturæ testatur malignitatem, quam ea perversitas, quâ nitimur in vetitum: at tamen quæ hominis naturæ ejusque conservationi magis conveniens inclinatio, quæque cum ratione & æquitate magis quadret, si hominem in se spectes: quia nititur generosa illa indole quâ quisque libertatem affectat, quam quisque prosequitur: *primò* quia quicquid voluntariè à nobis fit, id sem-

semper gratum & jucundum est. quod mihi potissimum argumentum esse videtur , quo probare licet nihil ingrati Deo advenire , qui omnia agit ex beneplacito voluntatis suæ , omniumque actionum author est, neque quicquam patitur : ad quam perfectionem si homo sese extollere posset, esset quod cum Deo de felicitate contendere posset : quam ineptè assenti contenterunt Stoïci, animam extra corporis commercium constitutere nitentes, à quo solummodo patitur : cum ea tantùm querenda sit in benevolo Dei affectu, quo paratus est omnia piorum mala averruncare. Secundò ideo libertatis studio omnes ducimur, quia quò major libertas, eo magis omnia vitæ præsidia ad manus sunt: & ideo reliquis eminere studemus , ut aliorum opera nobis usui esse possit. possem hanc ratione per singula ire : sed hæc , quæ in

in medium adduximus, talia sunt ut æqui lectoris judicium diu morari non possint.

Accedimus ad secundam classem, quæ continet ea peccata, quæ contra hominis dignitatem committuntur. ex hac notâ primò est ebrietas: quia cum Deus mihi largitus sit rationem, aut frustra eam mihi concessit, aut eam mihi corrumpere non licet pro libitu. Et cum Deus ad certas actiones me destinaverit, quæ mihi innotescunt ex appetitu, & facultatibus animæ, & membrorum structura: inde etiam sequitur, Deum simul imperasse ab iis me abstinere, & temperare, quæ suâ naturâ eas innuere videntur, quæ prioribus contrariae sunt: hinc concludo Deum mihi non reliquisse arbitrarium eos gestus, incessus, membrorum flexus &c. adhibere, qui repugnant isti personæ, quæ mihi in hâc mundi scena

De pec-  
catu.  
qua  
contra  
hominis  
digni-  
tatem  
commis-  
tuntur.

scena agenda est. Et hinc inferimus eas actiones , gestus , incessus naturâ prohibitos esse , quæ indicium faciunt earum imperfectionum , quibus Deus hominem carere voluit : idque ostendit per actualem collationem donorum , quæ per alios gestus , & corporis fabricam sese produnt . Nam si tales gestus & incessus essent homini arbitrii , sequeretur Deum voluisse , ut simul stulti , infami &c. personam sustentem in hac mundi scena , & viri sapientis , atque sobrii : ut habear pro eo , qui ratione præditus , & per eam facultatem , actiones dirigo : & qui simul omnes insani hominis notas præ me feram .

Quare quemadmodum mundi creatio , ejusdemque gubernatio me ducens in cognitionem creatoris , omnipotentis , sapientis , justi &c. non sinit me contrarios de eo conceptus formare : aut eum

I V S T I E T D E C O R I . 51  
cum repræsentare sub re debili ,  
infirmâ , nihili , & undique im-  
perfectionis notas præ se ferente :  
sic neque mihi licet gestus exter-  
nos adhibere , qui cum naturali di-  
gnitate hominis non congruunt :  
& innuunt eas imperfectiones ,  
supra quas longè me eminere vo-  
luit Deus . neque refert , quod ex  
circumstantiis , spectatoribus in-  
notescat facile , tales gestus adhi-  
beri gratis , & animi oblectandi  
gratia : aut ut aliorum imperfe-  
ctiones iis repræsententur : sicut  
sit in ludis scenicis . Hæc inquam  
instantia turpitudinem à talibus  
actionibus non auferit : cum ea ,  
quæ ex usu & consuetudine gen-  
tis turpitudinem & imperfectio-  
nem inferunt , hominum paucorum  
arbitrio à tali naturali signi-  
ficatione nudari non poffint : alia  
est notarum ratio quæ ex simili  
communi instituto non fluunt :  
aut quæ turpitudinem non infe-  
runt :

runt. sicut itaque in hominis potestate non est , facere , ut imperfectiones perfectionum nomine veniant : ita ea imperfectionum signa facere non potest , ut talia non sint. signa enim naturalia perfectionum fluunt immediate à naturalibus facultatibus , & notæ sunt earundem. quo argumento itaque adstruitur Dei voluntatem esse , ut illæ facultates integræ à nobis conserventur , eodem probatur gestus , flexus corporis membrorumque , incessus &c. adhiberi oportere , qui earundem facultatum indices sunt. & hinc liquet , ut id obiter dicam , quomodo homo secundùm corpus & animam ad Dei imaginem creatus sit : corporis fabrica exterior declarat animæ dotes internas.

Hic autem observari velim distinctionem inter signa , quæ naturaliter significant , & quæ ex instituto . deinde inter ea , quæ natu-

turaliter denotant perfectiones fluentes ex hominis conditione & natura, ut homo est: & inter ea, quæ nobis repræsentant perfectiones, quæ ex circumstantiis conditionis, & personæ, nobis adesse debent: quemadmodum alii gestus decent Regem, quatenus rex simpliciter, alii quatenus bellicis negotiis intentus, aut in consiliariorum corona de salute regni consulit. tertio inter ea signa, quæ designant perfectiones quibus nemo se privare potest, & ad quas omnes & singuli adnitiddebemus: & inter ea quæ quidem denotant perfectiones, sed quibus homo citra peccatum, si absolutè ipsum consideres, carere potest, & faciunt tantum ad bene esse, atque hominis conditionem exornant. gestus contra tales ornatum, arte & industria acquirendum, hominem peccati reum non faciunt. & huc etiam com-

94 DE PRINCIPIS  
commode ea omnia referuntur ;  
quæ spectant civilitatem morum :  
articulatè loqui, modestè & com-  
positè incedere , quo animi mo-  
destia singularis perhibetur: ma-  
nibus lotis prandium aut cœnam  
capere , manuum & faciei nito-  
rem curare , unguium excrescen-  
tiam nimiam præcidere , in screa-  
tione faciem avertere : ad opera  
naturæ , vesicæ aut alvi exonera-  
tionem secessum quærere : late-  
bras quærere , si cum muliere con-  
grediendum sit : eas partes cor-  
poris tegere , quæ humanam infir-  
mitatem speciali quadam ratione  
denotant.

Denique oportet distinguere  
inter gestus , qui levem aliquam-  
& ambulativam imperfectionem  
denotant ; & inter ea , quæ insi-  
gnem . priores adhiberi posse ex-  
istimo , propter rationes supra tra-  
ditas ad probandam actuum quo-  
rundam indifferentiam : nam alio-  
quin

quin levis in latus inclinatio, ad repræsentandum flexum & incessum ebrii, illicita foret: & huic similia infinita peccatorum numerum augerent: quod nemini, nisi præjudiciis occupato, in mentem venire potest. quod autem supra diximus de revelatione pudendorum, eam sc. malam esse si nota sit petulantia, aut comitata defectu debitæ reverentiæ, quam proximo debeo: sic etiam, gestus & flexus corporis tunc tantum mali sunt, quando rationem notarum sustinentium imperfectionum earum, quibus nos carere voluit Deus: si autem amplius notarum naturam non possideant, eorum consideratio ad Ethicam non spectat, neque boni, aut mali vocandi.

Solent Theologi communiter *An* ad hujus naturæ peccata referre *menda-*  
*mendacium*, quasi esset peccatum *cium si-*  
*contra usum naturalem linguæ:* *pecca-*  
*tum* *commis-*  
*atque*

*sum  
contra  
hominis  
dignita-  
tem.*

96 DE PRINCIPIS  
atque adeò in quovis casu illicitum putant : quæ sententia mea nunquam suffragatorem habebit. Eo enim sensu, quodvis verbum, aut signum ab homine ad aliud significandum, prolatum, quam ex consuetudine significare solet, atque contra mentis sensum, peccatum foret : neque canem v. g. per blanditias allicere liceret, quem ita ad me pertractum male excipere decrevi, neque hosti per stratagemata imponere, aut falso & fraude conceptis litteris circumvenire, quamdiu scil. bellum, aut hostilis status durat : quæ omnia mihi perabsurda videntur. Quare mendacium ad ea peccata soleo referre quæ *in proximum committuntur*, & ejus jus violant. Et ideo vulgò illa signa contra significantis mentem, & animi sensum prolatæ, odioso mendaciorum nomine notantur, quæ proximi injuriam & juris ejus violationem post

post se trahunt : ubi autem de talis juris violatione suspicio non est , sicut in stratagemate belli- co, & fraudibus , quibus adversus bruta utimur , ibi neque à vulgo mendacia vocantur . In quibus au- tem casibus ambigitur , an pro- ximi jus violetur , illi casus dispu- tationibus de mendacio officiofo- fitne licitum nec ne , occasionem præbuere ; disputatur enim an proximus in tali casu de suo jure cessisse non videatur , vel eo ex- cidiisse ipso facto . Ego quamvis omnia mendacia officiosa , quæ vulgo defenduntur , ex æquo fieri non putem , in omnibus tamen casibus damnanda non existimo ; non magis quam communiter Theologi non damnant quamlibet rei alienæ detentionem , con- tra domini voluntatem , v. g. de- tentionem gladii domini ira per- citi , & illegitimam vindictam pa- rantis .

E Ha

*De peccatis contra proximum committuntur.* Hactenus de iis peccatis actum est, quæ contra Deum, aut in se ipsum homo committit: restat ut festinemus ad tertiam peccatorum classem, quæ contra officium proximo debitum sunt. Regredi itaque lubet ad primum principium: cum Deus mihi commendarit vitæ membrorumque integritatem, neque ego hanc vitam & spiritum vel ad breve tempus producere sine mediorum opere possim, sequitur Deum jus mihi concessisse ad media, sine quibus mihi vita salva esse non potest. Qui enim dat jus ad finem, dat etiam jus ad media. Hinc tale confacio axioma, *In ea mihi jus possessionis & usus competit, quacunque mihi ad consecutionem finis corrum, que supra dixi Deum à nobis requirere, utilitatem prestare perfundit.* Cum autem judicem sano & incorrupto judicio omnes mundi creaturas mihi eum usum præstare

stare posse : ergo in omnes jus  
habeo. Quod autem judicium  
meum sit verum , ita patet. Pri- *Licet*  
*mò* , quia singuli homines singulis *homini*  
creaturis legitimè utuntur : ne- *omnibus*  
que ulla est , quæ eorum usui in- *& sin-*  
terdicta est. quibus ergo singuli *gulus*  
utuntur , iis solus uti posset sine *creatu-*  
peccato : neque à parte creatura- *rii uti*  
rum sese offert ulla contradic- *ad sui*  
moralis : an autem aliorum ho- *conser-*  
minum respectu , quædam ini- *vatio-*  
quitas inde oriri possit , postea *nem.*  
examinabitur. Secundò , nisi illud  
judicium eâ ratione institutum re-  
ctum foret , non dabitur ulla re-  
gula , secundùm quam judicium  
institui poterit de iis , quæ Domi-  
nus Deus homini utenda con-  
cessit : aut quæ illa sunt , quæ ejus  
juri & dominationi subtraxerit.  
Tertiò , aut omnes creaturæ con-  
cessæ sunt in usum hominis , aut  
nullæ : nam si unius creaturæ a-  
ptam , concinnam , & naturalem

E 2 for-

formam destruere liceat ad meum usum; quidni & omnium, si ita expediat? Ergo liquet, ex parte creaturarum nihil obstare, quin singulis & omnibus uti liceat homini: difficultas supereft, an id repugnet ex parte proximi, quem sub illis creaturis non comprehendimus. Quid itaque proximo debeam, examinandum jam est.

*Singulus homini- bus jure prima- do com- petit jus in hoc univer- sum.* Probavimus homini ius esse ad possessionem, & usum creaturarum ratione carentium: cum autem proximus meus in eadem constitutus sit dignitate, quam Deus me sustinere voluit: iisdem etiam privilegiis gaudere debet, quibus ego: ergo & illi par & simile ius erit in omnes creaturas; atque ita & illi & mihi licebit iis uti: neque ex creaturarum respectu, alia pars proximo, alia mihi consignata est: ergo aliunde investiganda, quæ mihi creaturarum portio assignata sit, quæ proximo.

ximo. Hic licet adversarii men-  
tem in omnes partes versent, & o-  
mnia sua scrinia excutiant , faten-  
dum est distinctionem bonorum  
ex pactis originem trahere. Quod Divitis  
possessio-  
nes pa-  
ria in-  
trodu-  
xerunt.  
satis illi indicant , qui docent in  
extremo necessitatis casu jus pri-  
mævum reviviscere: & illarum re-  
rum usum fieri legitimum in ta-  
li casu , quæ concederant ex pâ-  
ctis in possessionem & dominium  
proximi. Necessariò coguntur &  
illi in hanc sententiam transire ,  
qui tamquam æquum defendunt ,  
in dissoluto recipublicæ statu , in  
quibus magistratui non amplius  
sua constat authoritas , unum-  
quemque sibi prospicere , & ea  
bona , quæ ante turbatum statum  
proximi erant , invadere: si modo  
sit paratus restituere bona proxi-  
mi , quando sua tutò possidere  
poterit : cum aliter suo juri non  
renuntiaverit , quod in bona pro-  
ximi habebat , tamquam universi

dominus, nisi ubi suorum bonorum fartam testam possessionem habere licet.

*Objec-*  
*propo-*  
*nitut.*

Sed objicies: singulis quidem certa portio assignata non est, sed mundi pars qualiscunque: neque uni licebit totum mundum subigere: nam inde sequeretur licere uni homini, si potestatem in manu haberet, alios privare vitae necessariis, immo eos occidere, quod supradictis repugnare videtur: cum Deus decernens homini vitæ usuram, simul decrevit illi largiri necessaria ad vitam: quæ alter illi, nisi in extrema necessitate constitutus, eripere non potest (etiamsi nulla pacta divisionem bonorum introduxissent;) quin statim finem à Deo in proximi creatione inten-

*Secunda* tum subvertat. Deinde objici *objec-* posset, dari quasdam naturales conditiones, in quibus si homo nascatur, aut alia quacunque ratione

I V S T I E T D E C O R I . 105  
tione reperiatur , jus ipsi nasci ad certam mundi partem , ante omnia pacta , tam implicita , quam explicita : quam parte alter eum exuere non potest , aut simile jus in eam vindicare sibi . Ea ratione liberi jure nativitatis adipiscuntur hereditatem paternam : & qui tempestate ad insulam devolvitur incultam , & hominibus vacuam , is naturæ lege istius insulæ dominus est.

Respondemus : non tantum in *Licet* *cuius* *consti-*  
*extremo necessitatis casu , aliquis* *tuto in*  
*mundum posset sub jugum mit-* *statu*  
*tere , posito aliquem in talem ne-* *prima-*  
*cessitatem posse devenire ; sed et-* *voto*  
*iamsi aliquid commodi inde sibi* *tuum*  
*polliceri posset : quemadmodum* *muni-*  
*domino licet rebus suis uti pro* *dum sub*  
*suo libitu ; neque in illarum usu* *jugum*  
*contra justitiam peccat , qua te-* *mittere.*  
*netur proximo reddere quod*  
*suum est : sed tantum in seipsum*  
*prævaricari potest . Ergo nullus*

propter jus proximi quod in universum ante pacta habet, cogitur desistere à debellando mundo: tunc enim illud imperium quasi in medium projectum est: & tamquam vacuam & desertam possessionem cuvis invadere licet: quatenus sc. nullum jus proximi illud impedit. sed cum proximo tantudem juris sit, quam mihi, & sape non minus virium, quam mihi, si non ad occupandum imperium, saltē ad persequendam vindictam: ego graviter peccatus sum in legem de conservatione meipius, nisi ad divisionem bonorum veniam; cum alioquin statum belli evitare sit impossibile, qui cum calamitosus, & utrique parti exitiosus sit, istum defugere teneor.

*Proba-  
tur fin-  
gu lu ho-  
minibus  
jus esse  
in to-  
tus hoc*

Singulis autem hominibus in totum hoc universum jus esse, jam efficacissimis argumentis probaturi sumus: hoc enim fundamento reliquæ leges naturales, quæ

quæ proximum spectant, inni- *univer-*  
 tuntur. Probatur *primo* inde, quia <sup>*fum.*</sup>  
 in extremo casu necessitatis ad o-  
 mnia quæcunque mihi ad vitæ  
 conservationem necessaria sunt,  
 jus revivisicit: dico jus antiquum  
 & primævum reviviscere; non de  
 de novo acquiri: cum mea cala-  
 mitas mihi ad ea, ad quæ antea  
 jus non habebam, jus non pariat:  
 quemadmodum ut mortem defu-  
 gere possim, non licet in cultum  
 naturalem peccare, aut contra  
 decorum naturale aliquid com-  
 mittere, cum istæc omnia meo  
 arbitrio nunquam subjecta fue-  
 re, sed ego illis: at extremum  
 periculum tollit conditionem,  
 sub qua cessionem juris fecerant;  
 & si eadem necessitas mihi sem-  
 per incumbat, & posteris, jure in-  
 secula ea bona possideo, quæ post-  
 liminiò, ut ita dicam, in extremo  
 necessitatis casu ad me rediere.

*Secundo*, docet doctissima Theo-

E 5 . lo-

*Argu-*  
*mentum*  
*secun-*  
*dum*

logorum & Iurisconsultorum pars, in moderamine legitimæ de- fensionis, defendantem non fieri personam publicam; sed jure suo primævo ati, quod Deus singulis concessit ad vitæ sue con- servationem. Scio equidem do- ctos reperi, qui docent in ex- tremo necessitatis casu homini jus non reviviscere ad bona pro- ximi, sed cuique suam fortem fortiter ferendam esse. Sed iidem, cum tueantur tanquam iustum, moderamen legitimæ & inculpa- ræ tutelæ, sibi in his contradic- cunt. nam tali in casu occido ju- stè proximum; non quia mihi fe- cit injuriam; sed quia meæ curæ à Deo commendata est mei de- fensio. at si cum dispedio vitæ proximi mihi lieeat meam de- fendere; quanto magis cum dis- pendio bonorum proximi, que vitâ longè inferiora sunt. Quam- quam aguoscam me longe aliter

*In mo-*  
*derami-*  
*ne legi-*  
*tima*  
*defensio-*  
*nus non*  
*occido*

in

in mei defensione occidere proximum, quam ejus bona mihi vindicare: quam distinctionem postea indicabimus; sed ea discrepantia, argumentum nostrum ex moderamine legitimæ tutelæ sumptum non infringit.

At dices quid hæc faciunt ad probandum unum & singularem hominem ius habere in totum universum; nihilque ex parte proximi obstat, quò minus universum totum una servitute, ut ita dicam, premere possit, si judicet recto judicio id suis rebus expedire? Sed mihi magnoperè conduce videtur probandæ rei, quam præ manibus habemus; si enim propter vitæ meæ defensionem liceat bona & vitam proximo eripere, ut mea salva sit: imo si propter conservationem bonorum, privilegiorum, libertatis &c. liceat in bellum contra proximum erumpere: quanto ma-

E 6 gis

gis licebit cuivis bona illa vindicare sibi soli , quæ cedunt primo occupanti , & proximum iis omnibus spoliare , quibus me possessione mea exuere contendit : aut quando justus metus est , eum istud facturum , si commodam occasionem nancisci potest : cum ea quæ demam proximo , ante paœta proximi non magis erant , quam mea : sicut in bello jure acquirentur bona hostis , quia cessantibus pactis , redit jus primævum , quo singuli in omnia jus habent : quamquam nec hostis suo jure excidit , & saepè eodem jure sua defendit , quo alter ea eripere contendit : si hostis ultra modum saeviat , & æquâ conditione pacem ferruminari & coagmentari non finat .

*Tertium argu-*  
*men-*  
*tum.* Tertiò probatur singulis hominibus jus concessum in totum hoc universum , quia cum jus ad usum & possessionem rerum desumi

fumi debeat ex utilitate, quam ad  
me redundaturam confido ex re-  
bus, sicut id supra probatum est,  
quando docuimus homini licere  
quibuslibet creaturis uti: & ju-  
dicii illius regulæ tantum sint  
præcepta circa cultum Dei, aut  
decorum naturale, aut conserva-  
tionem sui: ita ut quicquid in hoc  
universo judicaverim expedire  
rebus meis, in illud jus habeo: &  
ad possessionem ejus me accinge-  
re possum: nisi lex de conserva-  
tione meipius repugnet: reliquæ  
enim leges de cultu. & decoro  
naturali creaturas non attingunt:  
non autem jus aliquod proximi  
in easdem creaturas ante pacta:  
quomodo enim mihi jus proximi  
innoteſcet? non erit proximi ju-  
dicium indicans quibus ego con-  
tentus esse debeam: quare enim  
ejus judicium meo ſuperius erit?  
non conditio aliqua in quâ na-  
ſcitur, aut quâ proximum præ-  
muni-

munitum offendō. sed qualitas filii v. g. ut ad priores objectio-  
 nes respondeam, non dat jus ad hæreditatem paternam, nisi ex pactis; licet talis successio naturæ  
*Filius* admodum sit consentanea. est e-  
*jure na-* nim illa dispositio testamenti, qua  
*turali* filius succedit in bona paterna, li-  
*non suc-* cedit in bera: neque tenetur pater filium  
*bona pa-* hæredem instituere, si judicet id  
*terna.* rebus suis non conducere: & tan-  
 tum abest filio naturâ jus compe-  
 tere in bona paterna, ut pater fi-  
 lium vendere possit. est itaque fi-  
 lius sub dominio patris, & omnia  
 filii bona, nisi pater eum eman-  
 cipaverit, & aliud legibus civili-  
 bus cautum sit.

*Neque* Neque etiam prima occupatio  
*est di-* ante pacta, jus proximi in aliquas  
*ctamen* creaturas indicabit: quia primò  
*juris* tunc nullo jure, in quoconque et-  
*natura-* iam necessitatis casu constituar,  
*lu, rem* ad me redire possunt talia bona,  
*qua* *possesso-* cum id tantum locum habeat in  
*rem non* bonis,  
*habet*

# IUSTI ET DECORI. III

bonis, quorum cessiones feci pro-  
ximo voluntate : at paucos repe-  
rias, qui bonis eâ ratione partis <sup>codere.</sup>  
panis  
talem prærogativam concesserint.  
*Deinde* quare ex primâ occupatio-  
ne potius <sup>primo</sup> jus proximo accrescit,  
quâ ex prima detractione, quæ  
oculis sit : certè hic nihil aliud  
reperies quam gentium institu-  
tum, quod primo occupatori jus  
in illam terram accedere voluit ;  
non autem ei , cui primum in  
conspectum venit. *Tertie* finge  
duos homines , alterum pedibus  
petnicem , alterum tardum : li-  
quet quâ iniquè hic composita  
sint partia in acquirendis domi-  
niis : ideo etiam illi prime occu-  
pationi ex natura non debetur  
jus in id , quod occupatur : sed  
pacto implicito & instituto.

Neque etiam proximi miseria *Neque*  
mihi jus in universum restringet , *proximi*  
aut charitas dictabit , quid & quan- *miseria*  
tum mihi occupare liceat , & quid *mihi jus*  
*in uni-*  
*pro-*

versum  
refram-  
git.  
  
objec-  
tio.
 proximo relinquere. De charitate supra dictum est, & satis indicatum, non à proximo, sed à me ipso eam incipere, juxta illud, *diliges proximum tuum sicut te ipsum, & quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Deinde quæcunque ex charitate debeo proximo, ille reatus debendi non oritur ex jure aliquo, quod proximus naturâ in ea habet. Sed instabis: attamen pacta & bonorum divisio necessaria est; licet ratione, & per concomitantem libertatis actum fiant: quia sine talibus pactis Deus si nem in hominis productione sibi propositum assequi non posset: cum ex talibus & similibus pactis leges naturales educantur, quibus homo non potest non se se subjicere, & eas sibi constituere per rationem: & ideo proximo pars mundi competit, & multa illi debeo: ut plane in omnia ius non habeam.

Sed

Sed hâc instantiâ nihil aliud efficitur , quâm legum naturalium eam esse naturam, ut proximo inde aliquid jus adveniat , quod jus sicut necessariò ex legibus naturalibus fluit , sic etiam proximo naturale est : & potest non fieri , quin si legi Dei de *conservatione mei ipsius* parere velim , partem mundi proximo cedere tenear : quod negatum non fuit : sed probandum erat , nos ad legum naturalium constitutionem progredi , quia proximo aliquid debemus : quod negamus , & pernegamus . fit enim quia nobis aliquid debemus : quod opus explere non possumus , quin eâdem operâ inde etiam ad proximum redeat utilitas . Sic enim argumentamur v. g. in constitutione legum charitatis . opera charitatis sunt exercenda , quia nisi etiam iis vacent homines , humana conditio singularis acerba futura est &c. dum ita-

Licet  
tenear  
propter  
legem de  
conser-  
vatio-  
ne mei-  
ipsius  
ad divi-  
sionem  
bono-  
rum ve-  
nire; non  
ideo jus  
habere  
defino in  
totum  
univer-  
sum.

itaque singuli ita argumentantur, propter incommoda, quæ quisque ad se redundatura prævidet, si opera charitatis ex humana vita tollantur, concludunt singuli, ea esse exercenda, nisi infinitis commodis sese privatos velint. Sed quia plurimi illam methodum investigandi leges naturales, quæ officia nostra in ordine ad proximum dirigunt improbant: & hæc methodo reliquæ leges naturales investigantur: lubet difficultatem unam aut alteram movere.

*Non  
quic-  
quid  
private  
aut plu-  
ribus  
propter  
qua-  
dam cir-  
cum-  
stantias  
utile,  
aut no-  
xiuum  
id ideo  
lege na-*

Si hæc sit ratio investigandi leges naturales: ergo quodcunque mihi summoperè noxiū est, id erit contra legem naturalem: quod utile, illud legi naturali conforme erit. Ergo si sine periculo talionis possim fraudare creditorē, rectè fecerim: si hostem sine metu vindictæ obtruncare, ex æquo hoc factum erit. Deinde cum plurimum mihi nocere debat,

beat, si multi eandem quam e-  
go profiteor artem amplectantur:  
contra æquitatem naturalem pec-  
cant, si plures in eodem genere  
vitæ sese exerceant. Has & simi-  
les objectiones tanti momenti es-  
se putant nonnulli, ut iis subver-  
ti posse confidant, quicquid ha-  
cenus pro ea methodo, quam  
urgesmus, afferri potuit. Sed quis  
unquam hac ratione argumenta-  
tus est? Quicquid propter singu-  
lares circumstantias alicui privato  
utilitatem conciliat, aut noxam  
depellit, id lege naturali impe-  
ratur, aut prohibetur. Sed sic ar-  
gumentationem oportet institue-  
re. *Quicquid in genere & fâ na-*  
*turâ ita comparatum est, ut sine in-*  
*signi noxa generis humani, eo homi-*  
*nies carere non possunt; aut quod si*  
*promiscuè permittatur non levi da-*  
*mno multabit genus humanum, id*  
*lege naturali prohibitum est.* Quæ  
jam hinc resultant incommoda-  
an

an societati humanæ non summo-  
perè calamitosum futurum est , si  
jute semper occiderim eum , ex  
cujus morte par mihi periculum  
creari non potest . Quod autem  
objicitur de plurimis idem auchi-  
pium & eundem victus quærendi  
modum sectantibus ; id non officit  
nostris principiis : nam neque licet  
homini id vitæ genus profiteri  
quo vitam tueri non potest . Sed  
dices : attamen proximo injuriam  
nullam facit , si illum quæstum se-  
ctatur , qui duos alere non pot-  
est : quia pactis implicitis aut ex-  
plicitis numerus idem artificium  
profitentium definitus non est :  
sicut mundi partes partitæ sunt ,  
& singulis ejus certa portio assi-  
gnata .

Respondeo , proximo eo qui-  
dem non fieri injuriam , propter  
rationem traditam : numerus au-  
tem definiri non potuit , nec de-  
buit ex legibus naturalibus ; non  
magis

magis quām reliqua omnia, quæ  
magistratus post initam societa-  
tem jure naturali permissivo or-  
dinat, quia illæ artes, & victus  
quærendi modi cum hominis sta-  
tu naturali connexi non sunt; non  
magis quām certæ reipublicæ for-  
mæ, licet aliquâ semper requira-  
tur: & quemadmodum definiri  
lege naturali non potuit, ad quam  
liberalitatem & ad quos chari-  
tatis actus homines obstringan-  
tur; licet ex ratione probari pos-  
sit, omnes & singulos charitatis  
legibus obnoxios esse.

Objici posset præterea: si ex ne-  
cessitate leges naturales, quæ pro-  
ximum spectant, introductæ sint:  
ergo nemini licebit vitam suam  
impendere pro salute proximi: <sup>qua</sup>  
quia lex de conservatione sui-  
psius introduxit leges alias, quæ <sup>proxi-</sup>  
<sup>necessa-</sup> sunt,  
si non esset à Deo imperata, aliis <sup>quia</sup>  
legibus lacus non superfuisset: <sup>non est</sup>  
si autem liceat homini observa- <sup>semper</sup>  
<sup>necesse</sup> <sup>vitam</sup>  
tionis

*suam quam longissime pro ducere.* tioniſ iſtius fundamentaliſ legiſ fibi gratiam facere, nullæ legeſ na- turaleſ necessariæ erunt: ſed ho- mini arbitrařiæ: quod absurdif- sumum. vitam autem hominem pro proximo deponere debere; aut faltem poſſe fine prævarica- tione, manifeſtè facra ſcriptura docet.

Respondemus, legem illam de conſervatione ſuipſius, non eſſe ejuſdem neceſſitatiſ, cujuſ ſunt legeſ de cultu naturali, & que prohibent peccata contra natu- ram, aut contra naturalem homi- niſ dignitatē: quia in hiſ num- quam potheſt evenire caſuſ, qui hominem in præſtanda obedien- tia aut diſpenſet, aut ſui juris fa- ciat, velitne poтиus aliquod da- mnum pati, & ad perfectionem illam niti, que in obſervatione iſtarum legum ſperatur: an poтиus miſſâ illâ contentione, præſtan- tes illos actus virtutis non exfe- rere:

rere. in illa autem lege de conservatione suipius, tales casus evenire possunt: quia eadem necessitate non imperatur: non potest enim in ea demonstrari eadem contradictionis moralis, quæ in legibus supradictis cuivis obvia est.

Talis equidem contradictione facile eruitur ex supradictis: cuius Deus agendi partes in hoc mundo assignavit, & actus virtutum, quæ presupponunt vitæ usuram, ei non licet vitam tamquam rem vanam sine virtutis experientia profundere. Non autem similiter hîc talis moralis contradictione manifestat: Cui Deus vitam largitus est ad exercitium virtutum, & ut stadium suum decurrat, illi non licet vitæ finem accelerare; modo illa acceleratio non ponat obicem, quo minus metam attingere possit, vel qui eam ultra ipsos carceres repellat: quod sit, si quis sine virtutis exemplo

Proba-  
tur lice-  
re ali-  
quando  
vitam  
pro pro-  
ximo  
impen-  
dere: li-  
cet nuna-  
quam  
liceat  
aliquid  
agere  
contra  
decorum  
natura-  
le aut  
cultum  
natura-  
lem.  
vita

vitæ finem sibi imponat : omnia enim virtutum exercitia sibi intercludit : quemadmodum is, qui otio torpescens, aut medicatâ potionē rationis usum sibi interdicens , & ita sibi viam ad scientiam & eruditionem intercludit , graviter peccat ; licet non ejusdem peccati reus teneatur , si ad summam prudentiam semper non contendat , modò in aliis rebus industriam suam occupatam teneat , ex quibus etiam virtutum messem sibi polliceri possit. Ea tamen in hisce discrepancia est , quod vitam cum morte commutare nemini liceat , nisi propter insignem utilitatem , quæ inde attinget proximum . non enim suo pretio æstimat vitam , qui eam in re levissima it perditum : cum Deus homini eam ad usus insignes largitus sit , quos præproperâ morte intervertere non oportet : quemadmodum neque aliquis sibi re-

bi rerum creatarum usum maxima ex parte interdicere potest , & vitam suam multis incommodis afflictare, sine spe amplioris boni, scil. virtutum exercitii : verissimum enim est eâ ratione id, quod Apostolus docet , nemo carnem suam odio habet.

Et hinc jam appetit duplex necessitas condendi leges naturales. Duplex fuit necessitas condendi leges naturales, qua spectant sicutatem & proximum.

*Primò* : quia non erat fas homini imperium in creaturas prorsus abdicare & sese alterius clementiae & imperio committere ; non magis quam jam alicui fas est , per supinam negligentiam paupertati & aliis miseriis sese subjecere : aut civitati integrum est, sese hosti in duram servitutem tradere , quando sat virium habet ad sui defensionem : utilitas enim quam quis ex tali patientia & demissione sperare posset, nullo modo conferenda est cum damno , probro, atque ignominia , quæ meritò in

F eos

eos cadit , qui tales vitæ suæ defertores existunt . Secundò : et si ini- quum non fuisset , homines eò usque sese demittere , propter vir- tutem patientiæ , ut omnes sese unius arbitrio extra necessitatem committere potuissent : cum tam en impossibile sit , omnes in il- lum animum mentemque con- spirare , etiam necesse fuit ad par- titiōnēm bonorum venire , & ad alias leges naturales , sine quibus homo , qui omnia extrema pati paratus non est , vitam degere non

*Quando licet at homini sese morti expōnere pro proximo.* potest . Duo ergo ex supradictis confidimus , primò : hominem non teneri sese expōnere morti pro pect proximum . Secundò : eum id posse facere si velit ; quando insig- nis inde redūndatura est ad pro- ximum utilitas , & heroicæ virtuti materia parata est . Posterior ex supradictis liquet , & quia nullos hac in re habemus adversarios , operosius id probare , tedium le- ctori

ctori adferret. Prius autem quia plurimos oppugnatores habet, libet argumentis evidentissimis demonstratum dare. *Primo* authoritates tamquam velites praemitto. *Quicunque* in sententiam *Proba-*  
*à nobis contrariam abiure hoc er-*  
*rore seducti fuere*, quod existi-  
*marent hominem aliorum homi-*  
*nūm gratia creatum esse*, & ex *subjice-*  
*prima ordinatione Dei eum reli-* *repro*  
*quis debendi reum*: ita ut homo *prox- i- mo: li-*  
*sibi persuadere debeat se potius* *cet bene*  
*bono proximi*, quam suo crea- *fecerit.*  
*tum esse*: cum autem supra invi- *si ad il-*  
*cis ni fallor argumentis contra-* *lam he-*  
*rium asseruerimus, omnia adver-* *reicam*  
*sariorum argumenta eā ratione* *virtus-*  
*concidunt. Secundo*, si pro aliis ho- *tendere*  
*minibus me nonunquam morti* *studiat,*  
*expondere debeam*; erit ne pro a-  
*mitis, aut pro iniunctis? si pro ami-*  
*cis*: ergo eorum beneficia me ad  
*hoc obstrinxerunt. sed multi mal-*  
*ent potius omni officio carere,*

F 2      quam

quam sub tali onere illud accipere. Deinde determinandum est adversariis, quot, & quam magna illa beneficia esse debeant, per quæ ad tam duram sortem amicis amicus obstringitur. *Tertio*: non ergo simplex humanitas, quæ me jubet misereri proximi, illam nobis necessitatem imponet, quod hactenus tamen omnes docuere, qui illam sententiam defendunt, sed gratitudo, & acceptorum benefiorum memoria. *Quarto*: ergo non tantum pro pluribus, & totius civitatis incolumitate mihi morieandum erit; sed etiam pro uno benefactore; quod nulli quod sciam hactenus statuere. *Quinto*: finge benefiorum memoriam nos obligare ad facienda cum proximo paria; ergo pro eo tantum ultimum vitæ spiritum impendere tenebor, qui cum extremo vitæ suæ periculo meam conservavit. *Sexto*: si tantum pro amicis

cis vita impendenda : ergo ini-  
quum fecerit, qui pro inimicis. at  
Christus pro inimicis se in mor-  
tem tradidit: & tale beneficium in  
sacris extollitur supra omnia , &  
tamquam talis virtus proponitur,  
supra quam nullus amor aut cha-  
ritas emit i potest : ergo pro bene-  
factore mori tantum necesse non  
est.

Neque etiam simplex humani-  
tas homini illam necessitatem im-  
ponit : quia & tunc pro hostibus  
id fieri deberet. sed tum eadem  
operâ , & bella damnas , & legi-  
timam sui defensionem, & omnes  
pœnas capitales in republica : de-  
nique ea omnia , quæcumque jure  
necessitatis extremæ eruditæ com-  
muniter licita esse docent cum  
vitæ proximi dispendio : neque  
charitas incipiet à seipso , sed à  
proximo , & tam pro uno quam  
pro pluribus mors oppetenda e-  
rit. Quid enim quæso hic nume-

rus faciet? An quia beneficium percipient plures? at supra indicavimus officium bene merendi de proximo ad tam duram conditionem non extendi, neque posse consistere cum defensione sui. An quia cum Dei voluntas sit, mundum plurimis incolis frequentem esse, convenit me potius solum interire, quam meæ conservationi nimium studendo, infinitam hominum multitudinem internectioni dare? sed mihi ex natura non innatescit, quot mundi incolas esse velit Deus: cum non raro ipse Deus innumerablem quantitatem per morbos pestilentiales ad orcum mittat. Deinde cum Deus non tantum homines esse, sed etiam bene esse velit, & in eum finem tot res ad hominis oblectamentum creaverit, pari ratione probabo, cuiusque officium esse, ut reliquis quam optimè sit, sese suis pri-  
vare.

vare. Denique reliqua argumenta  
 quæ supra adduximus , huc qua-  
 drant. Ergo necesse non est, ali-  
 quem pro proximo, qualiscunque  
 etiam casus sese offerre possit ,  
 morti se exponere: & ideo opus Opus il-  
lud char-  
ritatis  
 illud heroicum inter charitatis o-  
 pera communia , & quæ legibus quo quin  
 naturalibus imperantur, recenseri mortem  
 non debet : aut ex communi fun- subire  
 damento legum naturalium de- paratus  
 duci istius facti æquitas. tunc e- est pro  
 nim necessitas sæpius incumberet proxim-  
mo, ex  
 homini , in proximi gratiam vi- princi-  
pio non  
 tæ usuram sibi auferre : quemad- deduci-  
 modum communia charitatis o- tur, quo  
 pera, necessaria sunt: & quando ea officia  
 exferendi occasio sese offert , non charita-  
 potest homo sine prævaricatione, tus com-  
 iis abstinere. Sed est opus quod munia.  
 fit secundùm Dei beneplacitum ;  
 promovet enim egregiè finem  
 in quem Deus hominem creavit ,  
 scil. per virtutum exercitium ad  
 immortalitatem contendere.

Haec tenus occupati fuimus in probandis illis principiis, quæ Clarissimus Hobbius aut præsupposuerat, aut obscurius, & perfunctoriè tantum, & parcè delibarat: atque jam esset locus & tempus transcendendi ad ipsas leges naturales, quas admirandâ industriâ Hobbius recensuit: nisi pauca quædam præmonere ex usu esse arbitrareinur, quæ lucem conferrent dictis, & iis quæ in posterum dicenda erunt.

*Nota.* Cum asserimus unicuique in statu primævo jus competere in universum hoc: semper exceptos volumus homines ipsos, quod hic accuratè notandum est. Deus enim hominem homini non subjecit; quemadmodum reliquas creaturas humano generi subdit. cum enim omnia hominum eadem sit conditio, & ex conditione humana, homini jus nascatur in creaturas irrationales: null-

nullus alii servus nascitur, neque  
 cuiquam jus competere potest in  
 proximum, quod in reliquias crea-  
 turas: alioquin Deus simul vo-  
 luisset hominem esse servum &  
 dominum. Si dicas, Deus qui-  
 dem naturâ hominem alterum al-  
 terius servum non fecit; permisit  
 tamen ut servum faceret, & subi-  
 geret, quemadmodum feras subi-  
 git. Rectè quidem: licet mihi pro-  
 ximum subigere; imo occidere,  
 si rebus meis conducat: sicut quo-  
 tidie magistratus facit: sed fit id  
 plane alio jure, quam quo feras,  
 & reliqua animantia subigo. Ho- *Funda-*  
 minibus naturalem libertatem, *mentum*  
 imo ipsos tollimus; non quia di- *distan-*  
 rectè in illos jus habemus; sed *inter*  
 quia jus habemus nostris utendi, *causam*  
 & defendendi: quorum usus, si *per ac-*  
 mihi impediatur à proximo, licet *cidens*  
 impedimentum illud removere, *in mo-*  
 eodem modo, quo ille ad liberio-  
 rem suorum usum mihi impedi-

F 5 men-

mentum ponit. dum enim ego  
utor jure meo, nemini facio injuri-  
am : itaque jure damno afficio  
proximum ; non quia naturaliter  
ille mihi subjectus est ; sed quia  
mihi fas est meis uti eaque de-  
fendere , & damnum ad proxi-  
mum venit per causam per acci-  
dens in moralibus. Plane autem  
alio jure dominium in alias crea-  
turas exerceo: eas enim non subi-  
go , ut sine impedimento mihi  
usus rerum aliarum ab iis distin-  
tarum liber sit ; sed illa subju-  
gatio directum dominii usum de-  
notat : & ideo non propter usum  
aliarum rerum mihi iis uti , aut in  
defensione juris in alias res , illas  
mihi vindicare tantum licet : sed  
propter ipsum juris & dominii  
exercitium , iis utor : & quoties-  
cunque lubet. Cum proximum  
affligere primò gratis non liceat:  
secundò non licet nisi in ipsa de-  
fensione juris mei, & impedimen-  
tum

tum removendo, quod ipse mihi posuit. Planè eodem modo, quò jus habeo me privandi membro, quando conservationi aliorum membrorum impedimentum posuit. Et *impropria est locutio*, si quis dicat ex illa necessitate homini jus aliquod directum nasci in illud membrum: sed nascitur jus defendendi aliud membrum, cum destructione v. g. membra gangrænâ infecti: quemadmodum mihi jus non nascitur in pecuniam proximi, si in conservanda mea, proximi pecunia pereat, per remotionem impedimenti, quod mihi crebat periculum jaeturæ pecuniæ meæ: alioquin licet mihi proximi pecunia meum damnum refarcire, etiamsi impedimentum non potuisset. impedimenti enim constitutio, mihi jus non dat in bona proximi: cum sæpe is eodem jure impedimentum ponat, quo ego id removeo:

F 6      sed

132 DE PRINCIPIS  
sed sic loquendum est: defensio  
juris mei non tollitur; etiamsi id  
fiat cum damno proximi: & ideo  
in defensione vitæ meæ; licet mi-  
hi proximum interficere; non  
autem licet mihi, vitâ proximi  
meam redimere; aut ad alterius  
imperium hominem interficere,  
ne ipse peream; non magis, quam  
proximi manum amputare extra  
moderamen legitimæ defensio-  
nis, ut meam salvam habere pos-  
sim. Et liquet jam quomodo ex  
principiis nostris sequatur, omnia  
in extremo casu necessitatis esse  
licita: ea scil. omnia quæ per acci-  
dens sequuntur usum aut defen-  
sionem juris nostri.

His itaque tam clare & distinctè  
expositis, lubet eorum omnium  
paucis praxim & usum indicare.  
itaque cuivis facile innotescet,  
quis ordo observandus sit in usu  
creaturarum, in adhibitione me-  
diorum ad conservationem juris,

&

& quæ quibus subordinata sint,  
quæ autem juxta se invicem positi-  
ta, & ejusdem dignitatis, ut al-  
terum ad alterius conservatio-  
nem aut conseq̄utionem adhiberi  
non possit. his autem paucis a-  
xiomatis rēm totam comprehen-  
di posse puto. *Quicquid suā naturā*  
*malum est, ejus prohibitio extrema*  
*necessitatis est: neque major aliqua*  
*necessitas, durante hoc mundi ordine,*  
*& regimine evenire potest, cui prior*  
*cedere debeat.* Talia sunt omnia  
illa peccata quæ legibus naturali-  
bus prohibentur. nulla itaque in-  
cumbere potest necessitas, quare  
mihi liceat Deum abnegare, &  
profiteri eum mundi creatorem  
non esse, mundum non regere,  
justitiam non exercere &c. neque  
etiam tam dura conditio ingrue-  
re potest, ut liceat committere  
peccata contra dignitatem natu-  
ralem hominis, aut decorum na-  
turale. pari ratione nunquam li-

134 DE PRINCIPIS  
cebit homini vitæ finem accele-  
rare, non speratâ inde insigni ali-  
quâ utilitate. cum enim hæc o-  
mnia imperentur lege naturali,  
impossibile est ut eorum perpe-  
tratio culpâ vacet, propter ratio-  
nes supra traditas.

Atque ex his jam liquet, quid  
juris Magistrati in hujusmodi  
rebus concedere debeamus: sed  
quia hæc quæstio semper magnopere  
agitata fuit, & insignem u-  
sum in rebus humanis habet,  
multaque super hac re ab Clariss.  
Hobbio, quæ ab aliis alio trahun-  
tur, dicta sunt, & ut simul quo-  
usque hic vestigiis præstantissimi  
istius authoris insistendum pu-  
tem, declarem, operæ pretium  
*De jure* erit, diutius his immorari. Præ-  
*Magi-*  
*stratus* mitto nos hic sermonem habitu-  
*supra-*  
*mi.* ros de Magistratu jus Majestatis  
habente: neque refert sive penes  
unam personam sit, sive penes u-  
num collegium, quod in feren-  
dis

dis legibus singularem personam  
repræsentat: sive etiam jus Maje-  
statis divisum sit: nam id dividi  
posse, & inter plures partiri cre-  
diderim, quia non prout divisum  
inter diversas personas, illud jus  
efficaciam suam exerit: sed qua-  
tenus in unanimi diversarum par-  
tium consensu, in uno collegio,  
societate, aut persona hærere cre-  
ditur: & ubique multitudinis li-  
bertas, etiam in statu democra-  
tico, in quo populus viritim suf-  
fragia fert, tanta est, quantam  
eam esse voluit, is penes quem  
jus majestatis est, sive sit persona  
una, sive aliquod collegium ex  
pluribus compositum, sive potior  
multitudinis pars, quæ minori,  
numero suffragiorum vincens, le-  
gem imponit. Tali itaque perso-  
næ, aut collegio, aut potidori mul-  
titudinis parti, ea ostinia in po-  
pulum jura detrahimus, quæ po-  
pulus ei cessisse necesse non ha-  
buit,

buit, aut non potuit, quod eodem redit, sicut res ex sequentibus manifesta fiet. Rursus eidem personæ aut collegio, aut multitudini, omnem illam potestatem tribuimus, quæ priora jura non

*Quæ  
ejus po-  
testas in  
deter-  
minan-  
di con-  
trovers-  
sis, que  
cultum  
natura-  
lem spe-  
llant.*

tollit. *Primum* ad priora referimus cultum naturalem, in primis suis principiis adhuc subsistentem, qui omnium hominum mentitam altè inscriptus est, ut nunquam tanta feritas hominum animos invadere possit, quin semper maximæ partis plebis animum numeris reverentia obnoxium teneat. nam si fortè pauci reperiuntur, qui aut numen omne tollant, aut prudentiam & mundi gubernationem ei subtrahant, quæ posterior sententia cum priori de impietatis gradu contendit, non impedit eorum paucitas, quin cultus naturalis in suis principiis consideratus, & non diffici conjectura investigandus, maneat.

neat lex fundamentalis regni. non  
fit enim verisimile multitudinem  
hic voluisse cedere paucissimis ,  
aut regem eligere voluisse , qui ea  
in re dissentiret : multo minus ei  
liberum esse voluisse cultum o-  
mnem tollere. Numcrus autem  
articulorum fidei , quoad cultum  
naturalem , sic investigari poterit.  
Qui dicit Deum esse , eumque  
mundum regere providentia , is  
simul credat necesse est , Deum  
scire intimas hominum cogita-  
tiones , & corda scrutari , nihil eo-  
rum quæ in terris fiunt ipsum fu-  
gere , judicium cum aliquando  
exerciturum , atque adeo post  
hanc vitam , & gaudio atque do-  
lori locum esse , cum in terra me-  
rita supplicia , aut præmia pro fa-  
ctis non irrogentur. Deum itaque  
susque deque non habere , quoq;  
pacto homines vitam instituant:  
supplicationes itaque Deo offe-  
rendas , quibus nobis numen pro-  
pitium

pitium reddamus, & mala com-  
merita declinemus: honore & re-  
verentiâ Deum prosequendum:  
nihil agendum quod in ejus pro-  
brum aut contemptum cedere  
potest. externo ergo cultu non  
carendum, quo coram homini-  
bus debitam reverentiam ipsi te-  
stemur: in eo cultu externo ni-  
hil committendum, aut statuen-  
dum quod aut per se, aut ex con-  
suetudine gentis, in qua ille cul-  
tus celebratur, aliquid obscenî,  
indecori &c. aut simile quippiam  
denotet. Atque hoc ordine mul-  
ta alia dogmata colligi possent,  
quæ cum primis principiis tam  
arctum nexus habent, & quo-  
rum cognitio ut ita dicam no-  
biscum nata est: de quibus pro  
beneplacito suo aliquid statuen-  
di nunquam concessam existimo  
Principi libertatem.

*Quæ in  
m. quæ* De peccatis quæ contra natu-  
ram fieri dicuntur, idem dicen-  
dum

dum existimo. De iis autem pec-  
 catis quæ cum proximi injuria  
 committuntur, tale judicium re-  
 ferendum est: quæcunque talia  
 sunt, ut ad eorum perpetratio-  
 nem, si impunitè dimittantur, aut  
 ex lege & authoritate Magistra-  
 tus talium peccatorum licentia  
 promulgetur, necessariò sequatur  
 societatis solutio, & redditus ad  
 statum primævum, eorum ve-  
 niam indulgere, aut debitâ dili-  
 gentiâ & studio iis non ire ob-  
 viam, Magistratus sine summo  
 scelere non potest, & inde multi-  
 tudini jus nascitur exuendi Prin-  
 cipem absolutum imperio. nam  
 cum tales calamitates evitandi  
 studium multitudinem induxit  
 ad constituendum Principem:ab-  
 surdum esset docere, populum ea  
 in re Magistratui quidvis statuen-  
 di potentiam concessisse: sed sub  
 tanta pactione ad dignitatem re-  
 galem promotus est. quemad-  
 modum

modum qui equum conducit ad iter , talem sibi dari præsumitur petuisse , qui ad iter conficiendum non plane sit ineptus ; licet istius conditionis nulla facta sit mentio . qui enim mente sanus & integrus teger creditur pactum iniisse cum alio , ille procul dubio id ex pactione sibi assequendum proposuit , quod contractui causam & occasionem dedit . Sic populus regem constituens , ejusque regimini se- se subjiciens , non potuit regi tam absolutum concessisse imperium , ut ex jure electionis ad regiam dignitatem sibi licere putet ea , quæ statum reipublicæ illicè dis- solvent . Sed non est metuendum eo insaniae unquam deventurum regem , ut talia imperare velit , aut edicto publico talium criminum impunitatem polliceri : cum ea manifestam status subversionem post se trahant : neque legitur in ullis annalibus , tale quippiam ab  
ullo

ullo rege factitatum. Et ideo re-  
ctè asseritur, in quavis societate  
nulli imperio obnoxia jus maje-  
statis esse: in jure autem majeſta-  
tis, summum jus contineri: eum-  
que non teneri rationem suorum  
factorum ulli præter Deum red-  
dere: & utcunque imperium exer-  
ceat, & duris legibus subditos  
premat, iis tamen inde injuriam  
non fieri; non magis quam servo  
injustè imperat, qui sub dura ser-  
vitute eum habet; aut pater, cum  
injuria filii paternâ suâ potestate  
abutitur, si filium ad servorum  
conditionem deprimat; licet hæc  
sine impietate sæpe non fiant: sed  
de his postea. Quæ autem, si im-  
punè permittantur, aut ab ipso  
rege fiant, statum reipublicæ il-  
licò subvertunt, sunt hujusmodi.  
nolle jus dicere populo, neque per  
se, neque per magistratum sub-  
alternum: sed cuivis quidvis a-  
gendi licentiam & impunitatem

CON-

concedere; atque hinc bonorum privatorum direptionis, adulteriorum, stuprorum, cædium, injuriarum veniam indulgere: & quæcunque sunt ejusmodi, ut ad ea evitanda multitudo in unam societatem & unum imperium conspiraverit. nam ut homines supra recensita incommoda se amoliri possent, societate initâ, & imperio alicui collato, id conjugâ vi effectum dare voluerunt, cui singuli impares erant.

*Quæcunque potestas in iuri, quæ religio Christianam, Chri- stianam specciant.* Quantum autem ad ipsam religionem Christianam, de ea pa- rum aliter differendum est. nam videndum: qualis illa religio fure- rit, cum imperium formaretur: aut saltem in quales articulos omnes subditi consenserent, cum religio Christiana genti aut popu- lo annuntiaretur. in illis articulis, sive venis sive falsis, populo aut principi nihil immutare licet; ita ut legibus poena manet, popu- lum

lum in fidem aliquorum articulo-  
 rum adigere possint, *qui* ab avita  
 religione recedunt in fundamen-  
 talibus : neque populi maxima  
 pars, novam aliquam religionem  
 amplectens, principem aut reli-  
 quam multitudinem cogere pot-  
 est aut debet, ad illius cultus pu-  
 blicam professionem conceden-  
 dam, quæ nupera ac recens ci-  
 vium animos afflavit: cum novum  
 de religione formatum à subditis  
 judicium, reliquis fraudi esse non  
 debeat. Non magis quam si ma-  
 xima multitudinis pars, præsentि  
 regimine minus læta, novam re-  
 giminis formam, reliquā multi-  
 tudine aut rege non consentien-  
 te, introducere jure potest. nam  
 semel regi collatum imperium,  
 nulli amplius obnoxium est; nisi  
 regi. at. cum populus sub uno  
 imperio coactus, mutua fuit pa-  
 ctio inita, nihil amplius agendi  
 privato judicio. neque refert,  
 quan-

quantus ille sit numerus qui novam regiminis formam affectat, aut quales illæ personæ: quia in fundando & stabiliendo imperio omnes erant ejusdem ordinis, & loci, nemo alteri subjectus: neque multitudo paucis legem præscribere jure poterat. ideo etiam in fundato jam imperio, alter singulorum jura consideranda non sunt in dissolvendo imperio, quam erant in constituendo. Si quis itaque ad novam religionem & sacra transeat, licet ea verissima, non abutitur rex, aut id collegium penes quod jus majestatis est, imperio suo, si talem cultum prohibeat, & poenitentia ejus professores coercent, si judicet ita expedire incolumenti regni sui. Eadem enim hic ratio militat, quæ in cultu naturali regi aut subditis novandi libertatem sustulit. Deinde cum cuivis palam sit, rem iniquissimam esse, si quis putet

putet proximum à concepta sententia desistere debere, quia multitudine suffragiorum vincitur : damnanda enim esset reformatorum religio, qui à pontificiis multitudines vincuntur ; nemini etiam dubium esse potest , ex quorundam hominum nova sententia, regem, aut reliquam multitudinem, desistere non debere à priori regiminis formâ , aut pristina fide.

Quæ autem à prioribus naturâ <sup>qua</sup> recedunt, & regimini magistratus <sup>Magistratus</sup> subjacent , duplicis sunt generis : <sup>potestas in religione.</sup> vel quædam manifestam tyrannidem præ se ferunt , alia hâc notâ carent , & cum æquitate consistere possunt ; licet non raro ab ea recedant. Priorum respectu subditis judicium adhuc liberum relatum est, ut sine violatione maiestatis imperii , & peccati crimen , de iis dicere liceat ea impiè , tyrannicè , & contra boni regis officium fieri : neque illud judicium

G cium

cium apud se premere necesse est: sed per Magistratum rege inferiorem, ipsum regem de officio commonefacere potest, querelas ea de re apud ipsum instituere, suppliciter orare, obtulistri, ne imperio abuti velit. quod si frustra omnibus tentatis, rex libidini suæ indulgens, se à tyrannico imperio non temperet, à subditis in ordinem cogi potest vi & armis: & si ad æquas conditiones, & passiones se demittere nolit, imperio & potestate regem extorrem facere possunt. Quæ autem apertam tyrannidem spirant, & eam undique produnt, hujusmodi fermè sunt: si princeps populi opes tributis & vectigalibus exhauiat, nulla urgente necessitate, in multorum vitam sœviat injustè: si matronarum pudicitiam violet, si virgines vitiet: si civitatum jura, & privilegia citra rationem ullam tollat, si bonos & pro-

probatos dignitatibus prohibeat,  
aut collatis exuat: si perditos, cor-  
ruptos, & omni vitiorum genere  
famosos, amplissimis muneribus  
& divitiis augeat. Hæc ubi palam  
sunt, ut nemo eorum ignarus esse  
possit, tunc subditi nihil præter  
jus & æquum faciunt, si judi-  
tium suum de regis factis inter-  
ponant, & quavis ratione regis  
licentiam coercere studeant. Lo-  
quimur autem de rege aut magi-  
stratu qui libero multitudinis ar-  
bitrio ad dignitatem regiam pro-  
vectus est, & eidem multitudini,  
propagatam etiam ad ultimos ne-  
potes regiam dignitatem acce-  
ptam ferre debet: aut qui quon-  
dam armis aut alio jure regnum  
quidem acquisivit, sed postea à  
subditis coactus est, sub condicio-  
ne & cerris legibus regnum admi-  
nistrare: de aliis regibus qui armis  
sibi regnum pararunt, aut qui ju-  
re paterno in posteros imperium

G 2 exer-

exercent, rectè asseritur eos nemini obnoxie regere, & iis licere quicquid lubet: neque subditis à tali principeulla potest fieri injuria, adeoque nulla æquitas subesse potest rebellioni talium subditorum; non magis quam filio jus est, defugiendi autoritatem paternam, aut servo, fas propter duram servitutem domino necem intentare. talibus enim regibus omne id largiendum est, quod subditis & debellatis populis necesse non habuerint cedere. at nulli dubium est, quin imperium tale absolutissimum, quale cernitur in potestate paterna, aut herili, consistere possit cum jure regni. Neque quicquam impedit, si talis Rex in inauguracione, aut aliis in casibus, subditis ex clementia & benignitate aliquid promittat, quo minus imperium ejus supremum & absolutissimum sit dicendum: cum talis nunquam per-

personam contrahentis sustineat : sed princeps , aut talibus verbis jubet , suos subditos omnia æqua , & bona à se expectare: aut ita largitur tantum , ut dona sua reponere possit , quando lubet , & judicat id sibi non amplius expedire : quemadmodum ducem aliquem ad honores extollens , postea ad gradum privatorum deprimit ; si id rebus suis conducere reputet . Idem dixerim de privilegiis , immunitatibus , familiis , aut urbibus concessis: quocunque modo , sive meritis , sive pecunia , regis gratiam sibi compararint illi , quos beneficium attingit: nam tunc rex præmiis , & pollicitationibus subditorum animos inflamat ad insigne aliquod facinus , ad quod agendum , imperio eos cogere poterat : quod imperium certè sibi sublatum non putat , si tales immunitates familiis , aut civitatibus largiatur . nam næ ille

G 3 parum

parum suarum rerum gnarus rex esset, qui tam carè redimeret quorundam ciyium officia, ad quæ jam ante tenebantur, & ad quæ cogere potuisset, si libido adfuisse. Quis pater aut dominus, filio aut servo aliquas libertates propter fideles præstitam operam concedens, existimet se eosdem ad abjecta officia adhibere non posse, si ita ex re suâ esse aestimaverit? Imo in imperiis minus absolutis id locum non habet: nam si Magistratus supremus qualiscunque, mercede milites & duces sibi subditos ad bellum parans, stipendia tamen dicto tempore non solvat, putat sc̄ non iniquè agere, si tumultuantes & signa sua deferentes milites suppliciis in gyrum obedientiæ cogat: multo magis sine metu infamiae concessas immunitates revocat. Magistratum autem in puniendis militibus iniquè non agere liquet, quia

**I V S T I E T D E C O R I.** 151  
quia in casu necessitatis operâ du-  
cis & militum sine mercedis pol-  
licitatione uti poterant: posterior  
autem contractus priorem non  
subvertit. debent itaque tunc du-  
ces & milites cogitare summam  
necessitatem adesse, quare Magi-  
stratus promissa stipendia solve-  
re non potest. hæc si applicentur  
privilegiis & immunitatibus, res  
in manifesto erit.

Si dicat aliquis, quid conductit  
subditis spe immunitatum & pri-  
vilegiorum ultro sese offerre ad  
quædam præstanda, quæ com-  
muni subditorum lege facere non  
tenebantur: si principi liceat,  
quando lubet, à promissis resili-  
re, & illudere exspectationem ci-  
vium? Imo plurimum inde util-  
itatis ad cives redit: nam non  
est verisimile regem vel ferocissi-  
mum, levi de causa fidem suam  
non servaturum; cum feciat sub-  
ditos non facile bis falli: & sum-

G 4 mo

mo atquè extremo jure semper uti, facere regnum ævi brevis: & frustra à subditis prompta officia exspectari, qui proprio nisu ad ea se se non ferunt. Et hæc est causa quare reges absolutissimi, in sua inauguratione omnia magnifica populo promittant: dum enim ci-vium benevolentiam habent, fâ-cile & tutum sibi polliceri pos-sunt imperium: si autem eo ca-reant, fluxa & instabilia fore o-mnia prævident.

Et hæc quidem dicta sufficient de Rege absolutissimo. multi ta-men existimant idem juris com-petere regibus libero populi suf-fragio ad regnum electis, & pro-motis: existimant enim cum re-gni naturâ consistere non posse, subalterno Magistratui, aut popu-lo, post collatam regnandi poten-tiam personæ vel collegio, con-cedi jus judicandi de Principis fa-citis. Sed mihi planè aliter stat sen-tent-

tentia. quare enim populus concessisset regi , quod ei largiri necesse non fuit ? quæ quæso fuit necessitas de iis . judicandi sibi licentiam interdicere, quæ vel ignarissimus quisque judicare potest tendere tantum posse ad populi calamitatem , & miseras augendas ? Scio quosdam existimare, à subditis certo sciri non posse , antea talia crimina à rege non fiant, quia existimat se aliter dignitatem & imperium tueri non posse: & cum multa sint regni arcana , quæ populum latent, quæque primâ fronte iniqua videntur , postea tamen intellectâ ab ea calumnia libertantur , populi officium esse arbitrantur adeo sacram regis personam habere , ut omne iudicium de regis iniquitate ex animo expectorare debeant. Sed eodem iure non liceret privato judicare de proximi vitiis , eumque ad sanamentem reducere monitis , atque

G 5 exhor-

exhortationibus: si scil. dilapidator bonorum suorum sit, si potator: quia scil. nos latet an aliqua necessitas summa non incumbat ea agendi, quæ in tali casu excusationem merentur.

Pergimus jam ad alia, quæ à Magistratu fieri, aut imperari solent, & sunt ejus generis, ut licet nonnunquam evenire possit cum iniuitate ea conjuncta esse, attamen abstrusiora sunt, quam ut cuivis judicio ea pateant. de iis itaque quæ hujusmodi sunt, duplex tantum officium privatis reliquum est: vel ad investigationem rei sitne æqua: nec ne non procedere; sed judicio charitatis estimare ea justè à Magistratu imperari. Sic à privato non requiritur investigare in causam belli sitne ea justa an secus: neque necesse est carnificem instruere de justitia & æquitate supplicii quo reus afficitur, aut apparitorem de  
æqui-

I V S T I E T D E C O R I . 1 5 5  
æquitate sententiæ in civem latæ :  
neque reliquos ministros de sin-  
gulorum factorum æquitate co-  
gnoscere : quemadmodum in re-  
ligione Christiana multa impli-  
cite creduntur. Vel si subditus ad  
cognitionem de facti aut legis  
justitia atque injustitia animum  
adjungit: vel si evitare non potest:  
quin judicio suo factum appro-  
bet, vel detestetur : debet id ju-  
dicum tantum esse theoreticum,  
& in praxim non deduci : neque  
obedientiam Magistratui dene-  
gare : aut aliis persuadere ne obe-  
diant.

At, inquires , ergo faciet subdi-  
tus aliquid contra conscientiam ;  
quod tamen ubique improbatur.  
Sed negatur eum semper contra  
conscientiam suam agere, qui eo-  
rum minister est, quæ iniquè fie-  
ri putat : nequè peccato alterius  
inquinatur , qui ad ejus adimple-  
tionem aliquid confert. Servi

G 6      qui

156 DE PRINCIPIIS  
qui ad imperium libidinantis domini argentum erogat, quod scit postea pessimè peritum, peccati immunis est. Quoties in confessu, Magistratus deliberat de re aliqua, de qua decretoriè aliquid fieri statuit, prout maximæ suffragiorum parti placuerit: reliqui qui opinione à ceteris diversi fuere, tenentur suâ ope, industriâ, authoritate etiam rem effectam dare, quam privato judicio iniquam esse credunt. Artifices qui aliis elocarunt operam suam, in omnibus illi parere debent, cui laborem suum addixere; licet sciant multa in damnum imperantis eventura. Apostolus Paulus cum hortatur fideles, ut unum idemque inter se sentire velint, de se non multum presumere, se se supra fratres judicio non effere: quid aliud imperat, quam in rebus, de quibus incidit controversia, se se commodos præbere, & alio-

aliorum judicio aliquid concedere ; atque tacito consensu iis opinionibus , & doctrinis autoritate conciliare , à quibus tamen privato judicio dissentiebant ? alioquin Apostolus ad id fideles exhortatus esset, quod præstare ipsis erat impossibile : nam nulli hoc datum est , ut sententiam mutare possit , quoties lubet.

Deinde si cuivis privato , post translatum jus regnandi , liceat adhuc stare suo judicio : ergo judicium suum Magistratus judicio non subjecit. si dicas , subjecit in rebus , quæ spectant reipublicæ regimen , & arcana regni. sed quid si privatus tantopere valeret prudentiâ , ut etiam in illa arcana penetrare possit , atque ita judicet multa iniquè à Magistratu fieri , an non tenebitur ad obedientiam ? & an officium ejus erit privatos , pro charitate , quam iis debet , monere ne in re iniqua Ma-

gistratui operam suam commo-  
dare velint ? revera hæc omnia ex  
illorum hominum sententia di-  
cenda erunt : & dum in specie re-  
gimen Magistratui mandatum vi-  
detur, reverâ interim penes po-  
pulum erit, & quidem apud eos,  
qui plus apud plebem gratiâ va-  
lent, quales illi esse solent, qui in  
spiritualibus plebi subministrant.  
Si dicant nihil incommodi inde  
redire ad Magistratum, quia ple-  
bi non licet resistere ; sed exhor-  
tantur tantum ad patientiam : sed  
quid si Magistratus indigeat operâ  
subditorum ; quid si eorum pecu-  
nia, v. g. in parando exercitu ad  
bellum, quod à plebe contra fas &  
æquum suscipi existimatur : quo-  
modo talis opinio subditorum  
mentibus concepta, non insigni-  
ter labefactabit potentiam Magi-  
stratus ? Et in talibus certè non  
velle obedire, est resistere : jubet  
v. g. Magistratus populum armâ  
sume-

fumere ; hortatur alius , cui minus bellum probatur , ab armis abstinentem esse , & sine conscientiae læsione ad ea properari non posse , certè si is gratiâ apud plebem valeat ; plus resistit Magistratui , quam si insignem armatam civium manum contra rem publicam in aciem producat . Itaque mihi videtur nihil iniquius excogitari posse ; quam illorum hominum petulantiam , qui siquid à Magistratu committatur , quod suo judicio mintis probatur , statim eum probris incessunt , & omni occasione eorum facta traducant : quod nec privato liceat arbitror , etiamsi gesta Magistratus cum manifestâ iniquitate conjuncta sunt : fieri enim non potest , quin ea ratione sacra regum , & Magistratus majestas vilescat apud plebem . quomodo enim multitudo illam personam , aut illud collegium in æstimatione

n*c*

160 DE PRINCIPIS  
ne habebit, debitaque prosequetur benevolentia, quod quavis occasione tamquam iniquissimum traducitur, ut minus officio suo satisfaciens? nunquam enim homo ita imperare sibi poterit, ut talibus propitium habeat animum, qui turpia committunt. Neque ego crediderim tunc tantum maiestatem imperantium imminui, cum probris & calumniis petuntur; sed etiam cum peccati tantum arguuntur coram multis, vel si in secreto id cum submissione non fiat: planè quemadmodum sacra persona patris temeratur, si filius ejus facta, vel publicè censurâ notet, vel privatim cum asperitate increpet, aut risu & contemptu ea excipiat.

Secundum axioma esto: *quicquid suâ naturâ malum est, ita ut nunquam bonum fieri possit: illud per accidens sequi potest ad usum aut defensionem mei juris extra portat*

*cati labem; neque ideo teneor tem-*  
*perare ab usu juris mei. per accidens* *Quic-*  
*autem aliquod peccatum sequi di-* *quid per*  
*citur ad alium actum liberum,* *accidens*  
*cum ad usum rei, ad quam jus ha-* *sequitur*  
*beo, sequitur aliquis effectus, ad* *ad usum*  
*quem producendum, extra ullum* *finitus pec-*  
*usum rei, jus non haberem. cau-* *cato fit.*  
*sa autem per se in moralibus est,*  
*quicquid causalitate vera, & reali*  
*fluente in effectum, ad aliquid*  
*producendum aptum est, extra*  
*usum rei, ad quam jus habemus.*  
*quicunque autem posteriori mo-*  
*do peccati actum committit, is*  
*semper peccat; qui autem priori*  
*modo aliquid committit, quod,*  
*si extra tales circumstantias com-*  
*missum foret, gravissimum pec-*  
*catum esset, ille citra peccati la-*  
*bem talem effectum evenire si-*  
*nit. Rem exemplis illustrabimus.*  
*Qui voluit aliquem obtruncare,*  
*in irritum tamen excidit ejus co-*  
*natus, ille homicidii non est reus,*  
*quia*

quia nondum adfuit causa vera  
& realis influens in effectum : qui  
ad supplicium capitale ducitur, li-  
cet incedat, ad locum supplicii se-  
se conferat, scalas conscendat, aut  
genua flectat, si capite multan-  
dus sit, suæ necis causa non existit,  
quia nihil eorum quæ agit produ-  
cit effectum illum, qui mortem  
post se trahit : sic qui sæpius po-  
tando, vitam suam brevioris ævi  
reddunt, homicidæ sui ipsorum  
dicendi non sunt, neque illi qui  
multis laboribus vitam atterunt,  
aut tales artes exercent, quæ vires  
& facultates vitales admodum la-  
befactant : neque qui in vitæ pe-  
riculum se se conjicit : quia illi o-  
mnes nihil eorum agunt, quæ  
mortem immediatè post se tra-  
hunt : sed ab alterius hominis vo-  
luntate reliqui effectus fluunt &  
dependent : & nullus actus ab iis  
committitur, qui adhuc alium  
non requirat, per liberam volun-  
tatem

tatem eliciendum , qui mortis causa futurus est : & tunc tantum illud axioma , quod est causa causæ , est etiam causa effecti , locum habet in moralibus.

Rursum cui crimen intentatur , is tenetur ( loquor de casu in quo vitæ suæ desertor jure esse non potest ) ea omnia producere quæ suam innocentiam arguere possunt , quia si ea supprimeret , ejus silentium esset causa vera moralis & per se , quare judex mortis sententiam pronunciaret : & illa sententia lata , causa mortis . moraliter enim hæc ita connexa sunt , ut primum silentium per causalitatem moralem suam efficaciam etiam extendat ad mortem . sic neque licet gladium in viscera adigere , neque venenum potare , quia veneni assumptio tales post se trahit effectum , qui causalitate morali mortem producturus est , & quem effectum novo voluntatis

tis actu impeditre non possum : sic neque licebit de scalis sese præcipitem dare , posito scil. interfectionem sui ipsius illicitam esse: neque denique quicquam agere quod post se trahet , vel mortem immediate , vel talē effectum , qui necessariò mortem inferet. neque hic causæ moralis naturam immutat , si fortè primò mortem tuam non intenderis , sed hostis ; modo constiterit tuum interitum à proximi nece separari non potuisse : cum illa intentio , moralis causæ naturam non tollat.

Et cum ad tuendam sanitatem , & corporis integritatem jus habeam , quicquid sequetur actionem suâ naturâ subordinatam isti conservationi , & per causam veram moralem efficacem producendi effectum conservationi appositorum , illud citra peccati laborem sequi ad meam actionem permitto. quare licebit medicata potio-

ne

ne uti ad recuperandam colla-psam sanitatem , licet sciam se-cuturam alienationem mentis & ebrietatem : & licebit admittere clysteris infusionem ; licet con-stet eam secuturam seminis effu-sionem : sic licebit aliquando par-tum per excidium exprimere , si ad remedii usum sequatur per ac-cidens talis abortus : quemadmo-dum & proximum innocentem occidere , si ad usum juris mei , ejus mors sequatur per accidens in moralibus : quod addo . nam li-ceit causâ physicâ per se mors pro-ximi existat ; ideo in moralibus ho-micida dicendus non est , qui cau-sæ per accidens rationem susti-nuit.

Ex supra positis axiomatis pa-  
riter liquet , quare habitus mora-lis , quo<sup>s</sup> vulgò malos vocamus , revera peccata non sint , nec pœ-nia digni , si in se considerantur : quia nulla causalitate morali effe-  
*Habitus*  
*malis*  
*peccata*  
*non sunt*  
*neque*  
*jure in*  
*se tan-*  
*tum*

confi-  
 derati  
 puniri.  
 possunt. Etum malum moraliter attingunt;  
 quamdiu scil. manet dispositio aut  
 habitus, & si virtuti impedimen-  
 tum ponat, id facit per actum,  
 quem homo voluntate elicit, quæ  
 voluntas tunc est causa vitii mo-  
 ralis: voluntatis autem causam a-  
 liam moralem superiorem dare  
 velle, est voluntatis naturam tol-  
 lere, & actum elicium, actum  
 imperatum facere, & habitui a-  
 ctualenti operandi efficaciam at-  
 tribuere sine operatione: opera-  
 tur enim tantum per voluntatem,  
 & ante elicium actum volunta-  
 tis, nihil morale operari poterat:  
 eum actus moralitas à voluntate  
 proficiscatur; imo ante voluntatis  
 actum, est tantum res Physica, si-  
 ve modus animæ. Physicus: quan-  
 do autem anima operatur per vo-  
 luntatem male, tunc desinit actu  
 esse habitus. ut plane appareat il-  
 lam efficaciam, qua habitus mali  
 disponunt animam ad male agen-  
 dum,

dum, longe diversam esse, ab ea, qua v. g. verba obsec̄na & sermo impudicus animis audientium instillant libidinem: cum ille sermo impudicus operetur ante voluntatem ejus, qui eum audit, licet effectus non semper sequatur: si-  
çut ictus in incude malleo factus, motus vocatur; licet incudem in partes non comminuat.

Quod autem malos habitus so- *Quare  
leamus odiſſe, atque eos detesta-  
ri, & malos à republica quam lon-  
gissimè arcere; id non est propter  
habitus in se consideratos; sed pri-  
mo, propter actus malos, quibus  
homo illum habitum comparavit;  
& ideo infirmitates tam animæ  
quam corporis odiſſe solemus in  
iis, qui eas voluntariè contraxe-  
runt: quæ si ultrò homini adsunt,  
nos in commiserationem ducunt,  
secundo, propter actus, in quos  
homines malis illis habitibus im-  
buti solent esse proni: ita ut me-  
rito*

rito cum talibus nobis commer-  
cium esse nolimus , à quibus tan-  
tum nobis imminet periculi , vel  
qui , quavis occasione datâ , ea  
commissuri sunt , quæ animo ad-  
versa sunt. sed inde argumentum  
novum deducimus , habitus ma-  
los , prout denotant dispositionem  
in anima , & absque actibus suis  
consideratos , malos malitia mora-  
li non esse , hoc est pœnâ dignos.  
quicquid enim solemus metuere ,  
odisse , prohibere ne fiat , & mo-  
dis omnibus impedire ne erum-  
pat : illud malum nondum est :  
sed malum fit , nisi impetum ejus  
sistamus . qui enim metuit sibi à  
malo , ille cum illo malo nondum  
conflictit , & si nondum configat ,  
nondum noxam infert : si noxam  
non infert , mali propriè dicti na-  
turam nondum induit ; licet ita  
vocitetur propter naturalem or-  
dinem , & dispositionem , quam  
habet ad nocendum.

Atta-

Attamen, inquies, illa mala dispositio in anima est morbus animæ, quemadmodum intemperies aut mala conformatio morbus est corporis: licet sæpe actualiter functiones naturales hominis non impedit, quia membro illo ad tempus non utitur: attamen si uti velit, necessariò actiones imminutas aut depravatas exceret.

Resp. certe negari non potest malos habitus morales eâ ratione morbos esse animæ, & malum quippiam quod inesse non debebat: sed strictissimè loquendo malum morale non sunt, quod pœna vindicari potest: non magis quam quilibet alias morbus voluntate contractus. quam absurdum esset, illi pœnam intendere, qui crus fractum habet, cum jam propter liberum actum voluntatis, quo illud malum sibi creavit, pœnas dedit! solemus tamen di-

H cere

cere istum hominem pœnâ dignum esse , qui crus læsum habet : quia voluntariè illam impotentiā sibi conciliavit : sed eo loquendi modo indicamus hominem non pœnâ dignum esse, quia crus læsum habet ; sed quia causa læsionis extitit. & sic pari ratione dicimus habitus malos , quia voluntariè contracti sunt ; & in ordine ad actum peccaminosum , quo contracti sunt , malos eos vocamus. Est itaque primò homo propter habitus malos pœnâ dignus ; quia voluntariè contracti sunt . secundò , merito propter eos habitus excluditur à gratia Dei , sicut facinorosus propter malos suos habitus è republica ejicitur : & illud odium , istas pravas dispositiones , prout sunt habitus , pro objecto habet : cum ordine tamen ad actus , quos apti nati sunt producere. Et his ita expositis , non video quid in ea sententia cul-

culpandum sit, quæ docet habitus malos in se consideratos pœnâ dignos, & ideo propriè loquendo malum morale, non esse censendos. Quemadmodum neque strictissimè loquendo boni habitus & dispositiones, quibus anima ornatur, virtutis nomine non possunt venire; sed actus illi, quibus isti habitus acquiruntur, istud nomen merentur.

At, inquies, vult Deus nos istis habitibus bonis imbutos esse, & malis vacuos: ergo illis carcere, his autem abundare peccatum est. Respondemus, non quia bonis destituti sumus, malis autem imbuti, ideo prævaricatores in Dei legem sumus; sed quia causa sumus quare iis qualitatibus induiti non sumus, quas in nobis adesse vult. Quod inde liquet, quia Deus alioquin à nobis postularet, quod impossibile homini est præstare: loquor de impossibilitate

H 2 . phy-

*Habitus  
malis  
pœnâ  
digni  
esse,  
deberent.*

uno &  
 & ex  
 homine  
 posse de-  
 pelli, a-  
 liquin  
 Deus  
 homini  
 impone-  
 ret id  
 quod ei  
 impossibi-  
 le est.  
 Potest  
 legislator à  
 subditis  
 petere  
 quod  
 moraliter im-  
 possibile  
 est, non  
 quod  
 physice.

physica. longè enim vires homia-  
 nis superat, statim animam bonis  
 habitibus decorare, & malis exo-  
 nerare: non minus quam est im-  
 possible in physicis homini ma-  
 nu cœlum tangere, aut mundum  
 loco movere: habitus enim boni  
 non nisi crebris actionibus ac-  
 quiruntur, & pravi contrariis a-  
 ctionibus saepius repetitis expel-  
 luntur. tale autem impossibile  
 per legem ab homine efflagitare,  
 sapientis gubernatoris non est:  
 quia id petitur ab homine, quod  
 manifestam contradictionem im-  
 plicat, qualem omne impossibile  
 physicum implicare solet. distin-  
 guere autem oportet inter id,  
 quod impossibile vocatur modo  
 physico, & id, quod tale nomen  
 fortitur in moralibus: posterius  
 nullum impedimentum ponit su-  
 perans agendi efficaciam volun-  
 tatis, sed tota impossibilitas ab  
 ipsa voluntate oritur: prius ponit  
 obsta-

obstaculum, quod ipsam voluntatem constringit, ne in actum erumpat. Posteriori modo vocamus impossibile, v. g. omnes homines velle conspirare in unam mentem, ut aliquod mendacium in vulgus gratis spargant, aut omnes cives ejusdem civitatis, velle sibi violentas manus inferre. eo fundamento innixi dicimus impossibile esse, quin verum sit fuisse Iulium Cæsarem, gentem Iudaicam, hodie bellum geri inter regem Galliarum & Hispaniarum, Christum venisse in mundum, Apostolos Euangelium gentibus annuntiasse: denique hâc infallibili certitudine innituntur omnia argumenta ex ratione deprompta, quibus persuadere studemus incredulis authoritatem scripturæ sacræ: in his omnibus nemo tales contradictionem reperit, quamvis esse dicimus, si quis dicat bis esse octo: attamen moraliter im-

H 3 possi-

possibile est quin illa sint, & certissimæ sunt veritatis: nam si probabilitatem tantum in se continerent, nullus teneretur iis firmam, & certam fidem adhibere: at quis dixerit hominum singulorum officium non esse, argumentis quibus probamus Scripturæ autoritatem, fidem præbere?

Sic asserimus legislatorem non posse præscribere suis legem, quam præstare implicat contradictionem physicam: potest autem imperare obedientiam de iis, quæ impossibilitatem moralem continent: quia voluntatis libertati nihil contrarium imperat: tota enim difficultas parendi ex ipsa voluntate oritur: sicut nulli impossibile est mendacium gratis fingere: si nulli, ergo toti multitudini impossibile non est: certum tamen est totam multitudinem id non facturam. pari ratione cuivis liberum est veritatem dicere, er-

go

go & toti civium multitudini : certissimum tamen est nunquam rempublicam tam beatam futuram , ut singuli cives à mendacio se se sint temperaturi : attamen illa impossibilitas singulorum libertatem non tollit, & à peccato non excusat. Sic legis adimplectionem dicimus esse impossibilem , nec tamen illam impossibilitatem voluntatis libertatem imminutum ire : tam enim homini singulari impossibile est in omnibus Dei voluntati obsequi , quām multitudinem ab omni mendacio puram esse : tam autem à singulis actibus peccaminosis sibi cavere potest , quām cives singuli à mendacio se se intemeratos conservare : quod tamen nunquam eventum est. quicunque autem aliam impossibilitatem imaginantur in adimplectione legis , etiam post lapsum , & quæ impossibilitatem physicam inferat : illi , per proximam

176 DE PRINCIPIS  
mam consequentiam totum Dei  
cultum subvertunt. Quare etiam  
parum appositiè nonnulli utuntur  
isthâ similitudine de debitore , qui  
solvendo non est , quem tamen  
creditor , jure meritoque ad de-  
biti solutionem urget . nam dum  
creditor sibi satisfieri postulat , de-  
bitum non auget : neque exigen-  
do à debitore pecuniam concre-  
ditam , sustinet creditor personam  
rectoris , quæ per leges ad mune-  
ris expletionem subditum horta-  
tur & dirigit : quæ omnia locum  
habent in legibus , quæ jure præ-  
scribuntur , etiamsi totalem obe-  
dientiam iis præstare non possit  
subditus . At quemadmodum cre-  
ditor jure exprobare potest de-  
bitori , se per illum **damnum pa-**  
**ti** , ita jure Deus homini expro-  
bat habitus malos : non potest ta-  
men jure imperare , ut iis nos **st.**  
**tim** exuamus : quemadmodum  
non possum jure ab infimo &  
agro

ægro petere ut illico integrum sanitatem sibi reparet: possum tamen ei exprobare suam ægritudinem, si ejus causa extiterit, & efflagitare ab eo illa munera & officia, quæ sanitati recuperanda apposita sunt, & punire si ea in re officium suum deferat. His diutius immorati simus, ut sententiam ab errore & calunnia quorundam liberaremus: quasi aliquid contineret, quod professioni Ecclesiarum reformatarum minus quadraret.

Tertium axioma esto: *illa peccata ceteris graviora esse, que nos maxime à fine removent, & in devia deducunt.* juxta hanc regulam gravius peccatum est, negare Deum, quam quædam attributa: rursus inter attributorum negationem, gravius is peccabit, qui rectoratum, & gubernationem mundi Deo aufert, quam is qui ejus omniscientiam aut omnipræsen-

H 5 tiām

etiam &c. Deinde majori tenebitur ille peccato, qui Deum injustum asserit, quam qui docet Deo aliquid evenire, quod ipsi parum sit gratum & cum prius gubernationem per proximam consequentiam subvertat, posterius talia incommoda non comitentur. Pari jure gravius is peceabit, qui sodomia se polluit, quam qui scortatione & quemadmodum is majoris peccati se reum constituit, qui in innoxium caput iram & vindictam suam effundit, quam qui frustra irascitur. Ebrietatem autem malitiâ exsuperat scortatio, cum in ipso actu scortationis sit inordinatio totalis; ebrietas autem frequentibus tantum actibus hominem occupat, neque ad singulos actus bibendi ebrietás sequitur; sicuti ad magnos haustus mors non sequitur, licet si crebro continentur minutatim: ipsum vitalem spiritum hauriant, quod si quis:

quis tamen eo animo potu liberius se invitat, ut rationem & mentem à statu suo dejiciat, idque intendat: ille certè non minori peccato se astringit, quām quis scortatione sese polluit.

Multo autem facilius iudicium dirigi poterit in discriminandas peccatorum gravitate, quæ conservationi vitæ sunt opposita: gravius peccatum homicidium, quam furtum: quia majori calamitate afflictat rem publicam homicidium in se consideratum, quam furtum: rursus gravius peccatum furtum, quam mendacium. Quæ autem peccata ejusmodi sunt, ut paribus incommodis mulcent societatem, ea etiam in eodem gradu consistunt malitia moralis. Atq[ue] autem, q[ui]tū quidem jure naturali mali non sunt, sed propter circumstantias tales sunt; sive à Magistratu prohibeantur, sive privatorum iudicio relicti sint: actus

*Aetio-**nus que-**funt**contra**leges**huma-**nas, co-**gravio-**rapec-*

*cata esse  
oisen-  
tur, quo  
magis  
malitia  
moralis  
partici-  
pes, que  
desumi-  
tur ex  
legibus  
natura-  
libus.*

illi tanto magis vel minus mali-  
tiae moralis fiunt participes, prout  
actus suâ naturâ causalitate vera  
morali pacem societatis & ejus in-  
columitatem lèdunt. addimus suâ  
naturâ & causalitate verâ morali,  
quia sunt peccata levia, quæ per  
accidens nonnunquam gravissi-  
mas calamitates post se trahunt &  
sunt gravissima, quæ per accidens  
nullum dampnum reipublicæ in-  
ferunt. qui somno superatus, &  
excubias pro exercitu agens, ho-  
stibus opportunitatem insignis e-  
dendæ stragis ea ratione suppeditat,  
minus peccatum commisit,  
quam is qui destinato consilio cla-  
dem machinatur exercitui, licet  
effectu frustretur proditio.

*Quo-  
modo  
inves-  
ganda  
pœna  
peccatis  
debita..*

Cognitâ peccatorum gravita-  
te, diu latere non potest, quæ  
singulis sit debita pœna: cum e-  
nim jus pœnarum ex iisdem derive-  
tur principiis, quibus leges nature-  
rales suam originem debent: pro-  
ut

ut legis naturalis alicujus obser-  
vatio est necessaria, ita lex pœna-  
lis, quæ eò tendit, ut legibus sua  
constat authoritas & observan-  
tia, erit intendenda. Dicimus le-  
gem pœnalem, aut comminatio-  
nem pœnæ, secundum eam re-  
gulam intendendam, aut relaxan-  
dam; non autem semper ipsam  
pœnam: in multis enim possunt <sup>Diflin-</sup>  
interminari pœnam jure, quam <sup>guen-</sup>  
tamen exequi contra fas & <sup>dum in-</sup>  
quum esset: & in multis commi- <sup>ter pa-</sup>  
natio pœnæ augetur, in quibus <sup>nam</sup>  
actualis pœnarum inflictio idem  
incrementum non adimit: si <sup>ipsam</sup>  
mansuetudinis & justitiae leges <sup>debi-</sup>  
Magistratus transcensurus non <sup>inter a-</sup>  
fit: nam sœpe in quibus casibus <sup>Eualem</sup>  
est necessitas ferendi legem cum  
comminatione pœnæ, in iis non  
est eadem necessitas exequendi il-  
lam comminationem. adeo justa  
ratio quare homicidium sub capi-  
tali poena prohibetur; sed sœpe

justior adeſt ratio, quare in homi-  
cidam capitalis poena exerceri non  
poſſit: ſi ſcil. iſtiuſ perſonæ moſ  
poſt ſe trahet rei publicæ inter-  
tum: imo etiamſi ſæpe tale peri-  
culum non adſit, v. g. ſi rex præ-  
ter juſ & æquum morti juſtum  
tradiderit, ejus factum capitali  
poenâ dignum eſt: ad poenæ ex-  
ecutionem progredi tamen non li-  
cet: cum in eo conſiſtat potiſſi-  
mum regis majetas, ut ea ſcelera  
in principe vindicare non liceat,  
quaꝝ ſeverâ poenâ expiantur in  
privatis: niſi quiſ putet tam æ-  
quum eſſe principem propter ſua  
peccata ſtatim in ordinem cog-  
re, quemadmodum privati mali-  
tia ſtatim carcere & poenâ coēr-  
eetur: at quomodo tunc etiam  
principibus iniquis ex divinæ le-  
gis præſcriptio parendum eſt?

Præterea quām verum ſit Ma-  
gistratui ſæpe juſ eſſe ferendi le-  
giſ. cum poenarum commina-  
tio-

*Non  
ſemper  
juſſe  
cum.*

tione, cuitamen jus non est poe-<sup>puni-</sup>  
næ executionem imperare: inde<sup>muis quæ</sup> aliquid  
liquet, quod lex semper usum<sup>pœna</sup>  
suum habeat cum homines à ma-<sup>dignum</sup>  
lor & peccato: detergere studet.<sup>commiss.</sup>

Quotiescumque itaque Magistra-  
tus aliquid noxæ metuit ex ci-  
vium actione, talem jure prohi-  
bet, quia lex illa fructum & u-  
sum suum habet. at sepe contin-  
git vindictam istius noxæ, usum  
& finem honestum non habere,  
si nulla inde resultet societati uti-  
litas. quando v. g. fertur lex con-  
tra aliquid vitium, quod vix per  
infirmitatem humanam evitare li-  
eet, tali in casu legis latio justa  
est; sit enim ut hominibus per-  
metum major prudentia inser-  
tur, & sternitur ad actualem poe-  
næ inflictionem via, si sèpius &  
frequentius in idem peccatum in-  
cidant, & metus si sit ne ea infir-  
mitas in habitum transeat: pos-  
pœna autem inflictionem pro-  
pter

pter unicam transgressionem tales  
legis, nulla utilitas conciliatur.

Quare cum de poenit. agitur, accu-  
ratè distinguere oportet inter poe-  
nam ipsam, & poenæ executio-  
ne: nullum est dubium quin  
quemadmodum nihil prohiberit  
potest lege, quin simul poena le-  
gi addi debeat, sic omnibus pec-  
catis debeatur poena: & quemad-  
modum omnia peccata æquabi-  
liter à recto non deflectunt, sic  
etiam singulis peccatis pro diver-  
sitate graduum malitiæ, consti-  
tuuit Deus & judex diversos poe-  
narum gradus: non potest enim  
id, quod maximè evitatum vo-  
lumus minori metu prohiberi: &  
id à quo animum minus alienum  
habemus, gravissimi supplicii me-  
tu interdici: at in poenæ execu-

*Sæpe is  
jure puni-  
nitur  
qui ea  
pana  
dignus  
non est.*

tione alia ratio & via instituen-  
da est. Sæpe is nullo jure punitur,  
qui poenæ dignus est: sicut liquet  
ex exemplis supra adductis: &

rur-

rursus is gravi pœnâ punitur , qui intrinsecè eâ dignus non est. cura enim jus præscribendi leges pœnales , quas Magistratus jure permissivo naturali condit , pitatur jure conservationis sui , contingit saepius me jure aliquam legem pœnalem præscribere , cujus transgressio summum post se trahere potest incommodum , cujus tamen is qui in legem prævaricatur totalis causa per se in moribus non est : v. g. quando peccatum aliquod in republica græfari incipit , jure pœnæ intenduntur : saepè tamen is , qui tali temporum difficultate peccat , causa non est græstantis & dominantis peccati : atque ita peccatum ejus in tali temporis circumstantia gravius non est , quam si alio feliori ævo commissum fuisset : jure tamen graviori pœnâ affligitur. Nemo dixerit furtum in Anglia gravius esse peccatum , quam in Hollandia;

Ilandia; licet illis furi gula frangatur, hic virgis cædarur.

*Quo-  
modo  
peccati  
lege na-  
turali  
sua pa-  
na assi-  
gnatae  
sit.*

Atque hæc consideratio nos docet, quid sentiendum sit de illa sententia quorundam quâ docentes jure naturali singulis peccatis certas poenæ constitutas: ita ut poena non minus sit juris naturalis, quam peccatum aliquod dicatur contra jus naturale commissum: sicut homicidio & adulterio capitale supplicium deberi docent. Hic enim distinguere oportet inter poenam quâ peccata digna sunt, consideratâ tamen eâ poenâ extra executionis necessitatem: & inter poenam qua vendicanda ea esse decernimus in genere. nullum dubium est, quin lege & æquitate naturali, stante hoc ordine universi immutabili, peccatis singulis poena constitui oportear, & gravissimis gravissimæ aptandas vindictæ: ita ut necessariò diversitas penarum sit statuenda, quemadmodum

admodum peccatorum diversitas: propter rationem supra in me-  
dium allatam: & tenendum est  
peccarum gravitatem & levita-  
tem talem fore, ut homini in-  
tellectu facile erit, Deum reverâ  
injustitiam fieri notuisse, & eam  
odio habuisse. Cum enim Deus  
mundi gubernator & justus re-  
ctor universi agnoscit velit ab ho-  
minibus, oportet etiam ut in de-  
cernendis poenis adversus delicta  
homo etiam, utens ratione in-  
corruptâ & sanâ, agnoscat in ius-  
titiam.

Quantum autem ad ipsam ne-  
cessitatem exequendi illam poe-  
nam, mihi plane persuasum est  
repugnare justitiae & veritati Dei,  
hominibus malis, absque satisfa-  
ctione intercedente, largiri præ-  
mium, & que ac bonis, qui per vir-  
tutis semitam grassantur ad im-  
mortalitatem. quomodo enim ex  
a quo' rectoris instituto, tam bo-

ROS.

nos quam malos idem potest manere præmium? Hic tam facile esset indicare contradictionem moralem, quam in reliquis actibus, quos lege naturali imperari aut prohiberi diximus. Nullum tamen argumentum videre licuit, quod mihi persuaderet, Deum ex necessitate etiam quodvis singulare peccatum punire debere, etiam levissimum: quamquam agnoscam, Deum etiam minimum peccatum odisse: illudque apud Deum poenâ dignum, quia prohibere debuit: non potuit autem prohibere, nisi additâ poenâ: alioquin etiam post legem latam, homini integrum fuisset, illi legi obedientiam detectare. sed necessitatem puniendo non video, nisi peccator in impenitentia permaneat: tunc enim punit necessariò. & inde satis evincitur necessitas satisfactionis Christi: cum enim prævideret omnes

mnes homines post peccatum ingressum in mundum , mansuros in impoenitentia , nisi singulari beneficio & gratiâ eos inde extraheret : singularem illam gratiam largiri peccatori impoenenti vetabat justitia , quæ constituit ut malis male esset , & illi non pervenirent ad præmium , qui à meta continuò magis magisque recederent.

Denique distinguere oportet inter pœnæ constitutionem , ejusque executionem quam Deus vult inter homines fieri : & ejus respectu non æquitas naturalis tam inter homines , quam apud Deum postular singulis peccatis certam pœnam constitui , & gravioribus peccatis severiorem pœnam , minoribus mitiorem : sed antequam ad pœnæ constitutionem progrediatur judex , sciat oportet quæ gravissima sint peccata , quæ minora : quæ propter circum-

cumstantias graviter puniantur ; quæ illa quæ propter naturæ suæ proprietatem talem pœnam flagitent : deinde quæ illa sint peccata , quæ Deus à judice in hoc mundo puniri vult. Sed quia difficultima simul & utilissima est quæstio , scil. quis sit modus , ratio , & mensura pœnarum , quam Magistratus observare debet in vindicandis delictis , lubet non tantum hæc parcè delibare , sed stadium illud penè totum decurrere : atque ita palam facere quænam ad omnes quæstiones quæ in Ethica & moralibus disciplinis tractantur parari possint ex nostris principiis præsidia. Præmittam itaque aliqua argumenta , quæ probare videntur omnem pœnarum inflictionem è republica Christiana tollendam esse : deinde objections & dubia solvendo , quid de toto negotio statuendum sit aperiam.

Eâ

Eâ itaque ratione argumentari posset aliquis pro pœnarum sublatione è republica Christiana. Si Christus jubet condonare proximo & ei delicti gratiam facere, quo jure ergo vindicatur? docet doctrina Euangelica vindictam judici Deo relinquendam, & cœlesti tribunali; quæ ergo lex imperat aut permittit, apud judices terrenos vindictam persequi? quo ergo jure erumpimus in bellum, aut trahimur ad arma, ut amoliamur contemptum, aut judex decernit pœnam in furem, etiam tunc postquam ejus, quod furto sublatum erat, facta est copia? quis privatus potest propter dampnum acceptum deprecatorem culpæ, & peccatum suum confitentem, aliquâ pœnâ ulcisci? at quo jure id facit Magistratus, cuius potestas & authoritas precaria est, & à populo collata? quomodo populus Magistratui conferre potuit, quo ipse

ipse destituebatur? Deinde jubemur animam ponere pro proximo: at quam longo intervallo distamus ab illa charitate, si etiam propter damnum fortunis nostris illatum, capitale supplicium dcernamus? Fortuna, fama, vita ipsa, nihili homini Christiano æstimanda sunt, propter summum illud præmium in cœlis repositum: at quam longo alio pretio æstimamus hæc omnia, si judices tamquam criminum vindices constituamus, & carnifex alamus in necem & opprobrium proximi? Denique fingamus fas esse vindictam publicam exercere, quis determinabit, qualis & quanta poena singulis delictis sit debita? Eritne mensura constituenda poenæ, ex damni, quo affligit crimen societatem, magnitudine? at quis ille est, qui nos docebit, in quâ æstimatione quisque suâ habere debeat? prout enim temperamenti,

ti, educationis, & morum apud diversas gentes est variatio, sic diversitatem graduum poenarum introducet: avarus capitali supplicio vindicandum esse censebit furtum: liberalis, & qui fortunas suo æstimat pretio, deprecabile peccatum esse afferet: nobilis sui contemptum severè vindicandum esse judicabit, ignobilis impunè transmittendum. Quidam existimant moderamen inculpatæ tutelæ extendendum etiam ad uxorem, liberos, & parentes: alii morte expiandum peccatum existimant, si quis in eorum defensione, proximum interimat. Et prout quisque pudicitiam uxoris suæ magni vel parvi æstimat, ita adulterii poenam intenden-  
dam, vel mitigandam arbitrabitur. Deinde estne Magistratui ita perspectum quodnam damnum post se trahere appositum est unumquodque peccatum: quanta

I sit

sit h̄ic judiciorum diversitas , li-  
quet ex variis pœnarum gradi-  
bus , iisdem delictis apud diver-  
sas gentes , vel apud eandem na-  
tionem diversis temporibus con-  
stitutis. & ne longè exempla pe-  
tantur ; quondam adulterium ex  
constitutione Caroli erat deli-  
ctum , quod pecunia expiari pot-  
erat : nunc capitale esse conten-  
dunt. habuit proculdubio impe-  
rator Carolus suas rationes , &  
nostrī suo seculo se suis destitutos  
non putant.

Quod si neque ab hoc gradu  
initium faciendum sit in pœna-  
rum distributione : ne scil. pecca-  
ta , quæ Dei Majestatem , aut ho-  
minis naturalem dignitatem læ-  
dunt supplicio subtrahantur : ille  
certè non minoribus difficultati-  
bus se circumventum videbit , qui  
aliam viam inire statuit : nam quæ  
tunc regula secundūm quam pœ-  
na moderanda supererit ? Quo ju-  
re

re pœnæ intenduntur, quando facinerosorum hominum multitudo gliscit? quo jure in furcam agitur is, qui ea subduxit furto, quæ murorum claustris servari non possunt? cur capitale supplicium decretum in militem, qui excubias agens pro exercitu, somno se opprimi patitur? Et quis nostrum est, qui tantum sibi persuadebit fiduciæ, ut decretoria sententia concludat, quæ pœna singulis peccatis sit debita, quæ in cultum naturalem incurruunt? & cum multa sint peccata, quæ contra naturam fieri dicuntur: quæ erit norma secundùm quam gradus pœnarum distribuendi erunt? quare Sodomiticum tantùm capitale, reliqua non? vel si omnia morte expianda, ut quidam volunt, quo fundamento tam severa pœna innititur? An Scripturæ authoritas hic in subsidium vocanda? at Novum testamentum

de pœnis silet, Israëltarum leges non ligant, nisi quæ ex lege naturali depromptæ sunt: ergo rursum ad aliud principium ipsâ Scripturâ prius configuet judex. Si jus naturale, quod innotescit ex consensu moratiorum gentium, peccatis singulis suam assignat pœnam, quis judicabit quæ sunt illæ gentes moratores? & supra efficacissimo argumento probavimus, de æquitate aut iniquitate aliquius facti ex consensu generali gentium statui nihil posse.

*Solutio  
argu-  
mento-  
rum &  
appa-  
tus ad  
contro-  
versie  
totalem  
decisio-  
nem.* Has difficultates lubuit in antecessum dare, quo nobis gradum facerent ad pleniores & accuratiorem hujus rei tractationem, quam præ manibus habemus, quam sic auspicemur. Cum Deus homini vitam largitus sit, & in mundum introduxerit omnium rerum copiâ abundantem, Deo ingratum esse non potest si singuli eo munere utantur: recte & ex

ex æquo tunc etiam fecerint, si omnia illa impedimenta amoliri nitantur sine injuria proximi, quæ illum usum impediunt. cum itaque cuivis vitam, famam, fortunas, & omnia quorum dominus est, tueri liceat: neque eo jure excidere possit, nisi voluntate suâ, quâ dominium abdicavit: non potest iniquitas & malitia proximi illud jus defensionis sui sورumque aut imminuere, aut prorsus tollere. Si respondeatur; ex nequitia proximi jus quidem meum non imminui, aut illi nova jura accrescere: sed aliunde nobis necessitatem impositam utendi clementer nostro jure, & charitatis. ac clementiæ argumenta ubique depromenda esse: condonandam itaque pœnam proximo, & eligendum potius, ut is suo scelebre nos in difficultates conjiciat, quam ille nostrâ impietate pereat. Sed sic qui argumentantur, quam

I 3 parum

parum illi intelligunt charitatis officia: nam recte inde conficeretur , me plus debere proximo , quām ego mihi debeo: cum tamen is ex Christi testimonio optatum charitatis gradum attigerit, qui proximum diligit sicut seipsum. Iubemur equidem ultimum spiritum effundere pro proximo , hoc est , is non malè fecerit , qui eousque commodis proximi invigilat , ut etiam vitam suam pro eo impendere paratus sit ; non tamen in charitatis legem peccavit , qui suæ vitæ impendio , proximi compendia redimere nolit. Posset itaque etiam in certo casu privatus vitam suam impendere pro proximi salute : sicut superius id concessimus. sed saepius charitatis interest , severam vindictam in scelera adornare : ne injuria prima invitans secundam , & tertiam , tandem facinorosorum hominum multitudo rempublicam inundet: atque

atque ita cavendum ne ignoscendo malis bonos perditum eamus. Qui itaque suæ vitæ & necis jus habet, non ideo & proximi dominus est. condona pœnam proximo : sine cum in vitam & bona tua impunè graffari ; sed cave ne in aliorum damno & ruina charitatis laudem eas quæsitum; imo cave ne notam crudelitatis incurras : ut dum uni parcere velis, multis noxiis existas. Et si privatus suam vitam in nullo habet pretio , quis te docuit eodem pretio habere vitam uxoris & liberorum : præsertim eorum, qui rationis usum non habent & tuæ fidei commissi sunt? Sed quam male illi subducunt rationes suas, qui se adeo ab omni vindicta alienos venditant, qui tamen non definunt pecuniam aliis concretam, severè exigere : & si privatis admonitionibus nihil obtinere possunt , apud judicem jus suum

I 4 per-

persequuntur? quare dum vitam impendere paratos se dicunt pro fratre, ei ne debiti quidem gratiam faciunt? Habent itaque singuli, habet Magistratus à singulis, jus infligendi pœnam facinorosis: de mensura pœnæ peccatis adæquanda jam adhuc restat dubitatio: quam ita solvere pergitus.

Crimina quæ ad directionem Magistratus pertinent, in tres classes dispartiri possunt: vel enim cultum Dei spectant, vel hominis dignitatem & naturam concernunt, vel proximi jus violant: de posterioribus paucis primò absolvam. Cum jus pœnæ, quam propter violatum jus nostrum infligimus proximo, nitatur voluntate Dei, qua concessit singulis jus suum defendere: neque alia ratione proximum nobis subiectum esse voluit in pœnarum exactione: nec sinit frustra nos affligere

fligere eum, qui sine nostro da-  
mno commodius atque facilius  
actatem agere posset. Prout ita-  
que damnum & noxa augetur vel <sup>De men-  
sura</sup>  
minuitur ex proximi delicto, ita <sup>pæna</sup> <sup>contra</sup>  
poena intendenda vel relaxanda: <sup>delicta,</sup>  
a poena enim unicum & certissi- <sup>qua</sup> <sup>proximi</sup>  
mum præsidium petitur contra <sup>jus vis-</sup>  
damnum, quod per proximi vo- <sup>lant.</sup>  
luntatem nos attingit. Hinc pri-  
ma origo legum, per quas socie-  
tas declarat quibus in rebus ci-  
vium communio jus suum im-  
minutum esse nolit, & legibus  
obnitiensi poenam denuntiat: ne-  
que attendit, quamgrave suâ na-  
turâ delictum sit, sed quale da-  
mnum reipublicæ inferre possit  
si committatur. Inde est, quod  
jure à Magistratu gravissimè pu-  
niatur, qui levius peccavit, & ei  
poena condonetur, qui diris cru-  
ciatibus dignus est: hinc pro di-  
versis rerum circumstantiis, unum  
idemque delictum nunc severio-

Si infestes: quomodo novit Ma-  
gistratus in qua æstimatione sua  
quisque habere debeat? at hic tan-  
ta difficultas non est, qualem sibi  
multi imaginantur. *Primò*: hæc æ-  
stimatione aliquam latitudinem ha-  
bet, neque in puncto consistit:  
nec Magistratus statim peccat,  
si proximum in difficultates ali-  
quantulo maiores conjiciat, quâm  
peccati demeritum postulare vi-  
detur: quemadmodum suprà pro-  
bavimus, eum semper non pec-  
care, qui levibus quibusdam dif-  
ficultatibus fese impedit, quoni-  
nus sibi suisque prospicere potest.  
*Revocentur* in memoriam, quæ in  
timine hujus tractatus hâc de re  
diximus. *Secundò*: sufficit si Ma-  
gistratus attendat ad consuetudi-  
nem & mores subditorum, qui-  
bus imperat: & juxta æstimatio-  
nem illam, quâ quisque sua ha-  
bet,

bet, quæ possidet, pœnas inten-  
dat, & mitiget: neque Magistra-  
tus interest inquirere, an populis  
justo & æquo pretio sua æsti-  
met: cum jus ad pœnam nitatur  
eo jure, quo quisque sua defen-  
dere potest: neque tenetur suum,  
de pretio suarum rerum, judi-  
cium, aliorum judicio subjicere:  
loquimur autem de judicio com-  
muni totius gentis & nationis,  
non privati cuiusdam, aut singu-  
laris personæ. & hoc principio  
atque jure innititur æquitas di-  
versarum legum apud diversas  
gentes iisdem delictis constituta-  
rum: quæ praxis invictum mihi  
suppeditat argumentum ad id,  
quod alibi docuimus, scil. judi-  
cium hominis singularis in statu  
primævo, de iis quæ sibi expedi-  
re judicat, subjectum non esse ju-  
dicio proximi. quis enim non vi-  
det proorsus eandem rationem esse  
hominis singularis in ordine ad

I 6 pro-

proximum in statu primævo, quæ est ratio gentis ad gentem, post factam bonorum divisionem. *Tertio*: sunt non pauca crimina, quæ circa prima principia conservacionis sui ita occupata sunt, ut quemadmodum omnes in istæc principia consentiunt, sic de vindicandis criminibus, quæ istæc subvertunt, in unam mentem & animum facile conspirent. *Qui enim* v. g. vitam suam ante omnia habet ex legis naturalis dictamine, utpote ad cuius conservationem reliqua omnia destinantur, is etiam jure malit proximo vitæ usurram auferre, quam suam arbitrio inimici subjicere. ergo cum omnibus eadem sit mens, *Magistratus rectè ex nomine societatis homicidis capitalem pœnam denuntiat*. Et si quis recto judicio reputet, quæ incommoda legitimi thori violatio inferat, facile crudelitatis notam effugiet, qui adulterio capitale

pitale supplicium statuit. Si autem Magistratus illa damna ex consuetudine gentis suæ minora æstimet, justitiam non violat si minori supplicio isti peccato obviam eat: quisquis enim de suo jure remittit, dum proximo nullum inde accrescat damnum, is nemini facit injuriam.

De iis autem delictis, quæ Deum <sup>De mem-</sup> immediate offendunt, aut contra <sup>sura</sup> <sup>pena-</sup> hominis dignitatem aut naturam <sup>rum</sup> committuntur, alia ineunda est <sup>contra</sup> <sup>ea deli-</sup> ratio; non enim ex damni & noxæ <sup>cta, qua</sup> quantitate mensura pœnæ desu- <sup>imme-</sup> menda est; sed ex magnitudine & <sup>diate in</sup> gravitate peccati, etiamsi in nul- <sup>Deum</sup> <sup>commit-</sup> las difficultates rempublicam con- <sup>tuntur.</sup> jiciant. Ius autem puniendi talia peccata, oritur rursus ex summo illo jure, quo quisque in statu primævo ea proximo imperat, quæ rebus suis expedire judicat: judicant autem omnes, qui Numen esse agnoscant, quod mundum

206 DE PRINCIPIS  
regit, sui officii esse, eorum pecca-  
torum licentiam inhibere, quibus  
credunt supremum illud Numen  
graviter offendit: plane eodem  
jure quo parentes eos, qui suo  
imperio subsunt, castigant pro-  
pter similia delicta. facile autem  
devenit multitudo, & Magistra-  
tus, in cognitionem graduum  
peccatorum circa cultum Dei, eo  
ordine, quem supra indicavimus:  
& jure etiam ea peccata punit  
circa cultum, in quæ nemo citra  
insignem malitiam, aut supinam  
negligentiam, incurrit potest: re-  
liqua autem, quæ difficilioris con-  
jecturæ sunt, condonat subditis:  
vel si ex prava consuetudine gen-  
tis, vel præconcepta opinione,  
quædam falsa pro veris assuman-  
tur, aut fundamentis proxima,  
quæ ab iis longissime remota  
sunt, cujusque officium est, pa-  
tienter ea in se recipere mala, quæ  
Magistratus in ipsum decernit,  
vel

vel excedere ex provincia , & territorio ejus. Vtrumque ex suo imperio Magistratus facere potest. priora tamen peccata , quæ in Dei cultum incurruunt , ex jure & æquo punit, & meritò subditis gravia supplicia eveniunt. nam licet animo suo imperare non possint , ut aliter credant, cum mentem tenebris & præjudiciis excœcatam habent : in istas tenebras non incidere , nisi suo scelere , aut improbâ atque damnandâ ignavia. posteriora peccata Magistratus ex imperio quidem punit , non tamen ex æquo , ( nisi reipublicæ plurimum intersit. ) nam in talibus , aut aliquid indulgendum erat infirmitati proximi : aut Magistratus munus erat, diligentí investigatione veritatem in religione eruere , & meliora suadentium monitis obsequentem sese præbere.

Neque jam quenquam latere <sup>De mem-  
sura</sup>  
pot-

pena-  
 rum  
 contra  
 peccata,  
 qua in  
 decorum  
 natu-  
 rale in-  
 cur-  
 rent.  
 potest, quam viam Magistratus  
 insistere debeat, in puniendis pec-  
 catis, quæ contra decorum com-  
 mittuntur. cum enim istæc gra-  
 viora reputanda sint, in quibus  
 major est turpitudo, iis autem  
 major insit turpitudo, in quibus  
 reverentia proximo debita maxi-  
 mè violatur, aut quæ hominis  
 dignitatem, in qua eum Deus  
 constituit, maximè deprimunt:  
 Magistratus observatâ propor-  
 tione, pro magnitudine turpitudinis  
 pœnas intendit. Neque hic exci-  
 pi potest, *Primo*: Magistratum sæ-  
 pe prout mores & consuetudines  
 obtinent, aliquam actionem cum  
 turpitudine maxima conjunctam  
 æstimare, quæ sæpe turpitudine  
 tam gravi non laboret. *Secundo*:  
 multos subditos posse æstimare a-  
 ctionem aliquam probrosam non  
 esse, quam tamen Magistratus ad-  
 modum detestabilem reputat. ne-  
 minem enim clam est, quam dif-  
 fici

ficii via perveniantur in cognitio-  
nem peccatorum eorum , quæ  
contra naturam fieri dicuntur , &  
quàm varia ubique gentium ex-  
titerint ea de re judicia : cum ta-  
men de homicidio , furto , adul-  
terio , rapina , perjurio &c. una-  
nimis apud omnes gentes consen-  
sus fuerit . Sed hæc magni ponde-  
ris non sunt . In genere enim a-  
pud omnes gentes receptum est ,  
omnem turpitudinem & impu-  
dentiam peccatum esse : discre-  
pantia enim judiciorum tantum  
fuit de actibus singulatim consi-  
deratis . si itaque apud quasdam  
gentes actus quosdam cum tur-  
pitudine fieri æstimatum est , non  
possunt non illi actus turpes esse :  
cum proximo eam reverentiam  
non exhibeas , quam ei deberi ,  
unanimis populi consensus , inter  
quem degis , existimat . ergo homo  
privatus , eam reverentiam proxi-  
mo denegare non potest , quam  
[ci]

ei tribuit tota societas , atque exhibendam vult. Ex æquo ergo Magistratus illi pœnam denuntiat , qui lege communi sese eximere vult.

Si dicas , Magistratus fortassis majoris , hominis & proximi dignitatem æstimat , quam par est : sed id non facile evenire potest , honos enim & turpitudo , tali in casu unanimi & tacito consensu æstimatur : quemadmodum à mercatoribus mercibus pretium imponitur . v. g. membris genitalibus denudatis in hominum conspectu incedere citra necessitatem inter nos Belgas proborum habetur : non quia sic æstimat Magistratus : sed quia tota Belgarum multitudo ita reputat . Ergo in Magistratus potestate non est , istam turpitudinem immuere , aut augere , cum ex consuetudine gentis , istæc dependeant , quam pauci immutare non pos-

possunt. juxta itaque illam consuetudinem introductam, pœnas intendit aut remittit. Quod si urgeas: & fortasse tota illa multitudo erravit in æstimanda aliqua turpitudine, quæ actibus adjacet. Respondeo plebem in æstimanda dignitate sua vel proximi degen-  
tis in eadem republica peccare non posse, si modò omnes con-  
sentiant: qualem unanimem con-  
sensum hic dari præsupponimus.  
eo enim honore quisque dignus  
est, quo ab alio æstimatur; modò  
talis sit, qui Dei Majestatem non  
lædit. Si præterea quædam dubia  
restent, quæ soluta non sunt, ea  
legantur, quæ adhuc dicenda sunt  
eo loco, quo, quæ hactenus do-  
cuimus de turpitudine, locis Scri-  
pturæ confirmare studemus. Ut  
itaque concludam: non est quod  
Magistratum sollicitum teneat,  
quâ pœnâ vindicare debeat pec-  
cata, quæ contra Deum, aut con-  
tra

tra decorum naturale committuntur : quantum ad priora. examinet modo , quæ ejusmodi sunt, ut non sine insigni malitia in tallem errorem homines incidere potuerint , eaque severè vindicet, vel morte , si tantoperè Dei honorem imminuant , vel mitiori pœna , si Dei gloria minus detrimentum patiatur. peccata autem contra decorum naturale puniat , prout viderit plebem ex consuetudine ab iis abhorrere , vel ea insignem naturalem impudentiam , aut dignitatis humanæ depressionem conjuncta habere.

Prob-

*Probatio questionum quarundam ex  
Scriptura sacra, quæ quibusdam  
fortè minus evidentes visa sunt.*

HAbes jam, Vir Clarissime, ea quæ mihi sana ratio suggerere potuit: & quamquam nullum mihi sit dubium, quin tibi facile persuasum sit, me non ita rationi humanæ indulsisse in investigatione veri, ut etiam sacram Scripturam ducem non repudiarerim: attamen quia merito tamquam falsum reputatur, quicquid aliqua specie in veritatem revealatam incurrere videtur, operæ pretium esse duxi quædam, in quibus mihi quosdam non ita suffragatores polliceri possum, quia à communi sententia non nihil deflectendum mihi fuit, ex sacro textū probare: ut ita omnem dubitationem animo tuo eximam.

Afferui in principio meæ epistolæ, homini nullam necessitatem <sup>Probatur ex scripturam</sup>

tem fore sectandi virtutem , si  
 Deus non decrevisset exercere ju-  
 dicium. Putabit fortassis quispiam  
 hæc cum veritate Euangelica pa-  
 rum congruere , quæ ubique do-  
 cet , fideles amore filiali inductos  
 ad præstandum Deo obsequium  
 promptos reddi : mercenarios au-  
 tem , & qui in agendo præmium  
 spectant, Deo probare suum cul-  
 tum non posse. Testatur Christus  
 ipse , neminem se dignum esse qui  
 patrem aut matrem aut se ipsum  
 pluris fecerit : at quomodo illi  
 charior non est sua felicitas , qui  
 nisi præmium sibi propositum vi-  
 deret , cultum Dei omneque vir-  
 tutis exercitium susque deque ha-  
 beret? Testatur Christus Math. 5.  
 47. ejus benignitatem & amo-  
 rem vanum esse , & nulla laude  
 decorandum , qui eum tantum  
 prosequitur amore , à quo ipse di-  
 ligitur : at quomodo ejus dilectio  
 Deo grata esse potest , qui ideo  
 tan-

tantum ad Deum laudandum du-  
citur , quia mercedem inde sibi  
polliceri potest ? Apostolus Pau-  
lus cum optat fieri anathema pro  
fratribus, præter virtutis gloriam,  
aliam mercedem sperare non po-  
tuit. Paulus ad Romanos scribens  
**cap. 6. v. 21.** dicit eos , qui Deo  
mancipati sunt, fructum suum ha-  
bere in sanctimoniam ; finem au-  
tem vitam æternam. ergo virtus  
sibi ipsi amplissimum est thea-  
trum : confert enim præter vitam  
æternam , sanctimoniac habitum,  
tamquam fructum uberrimum.

Hæc fortassis alicui prima fron-  
te plausibilia videntur: ubi autem  
propius in conspectum venere ,  
priorem æstimationem & digni-  
tatem tueri non possunt. Nam a-  
moris & charitatis ratio , quâ Su-  
prenum Numen amplectimur ,  
non differt ab ea , qua in proxi-  
mum propitium habemus ani-  
mum : at supra probavimus cha-  
ritati,

ritati , licet ea in singulis actionibus non spectare debeat ad privatum aliquod commodum , tamen locum inter homines non futurum , nisi summoperè conduceret omnibus & singulis agendæ commodè vitæ : & inde charitatis opera à quovis præstanta esse urgemus. Pari ratione differere licet de amore eo , quo Deum diligimus : non sinit equidem ejus natura , nos in ipso exercitio ad nostrum commodum attendere : aliqua tamen sperata utilitas isti amori originem præbuit. Declarat etiam Christus neminem se dignum esse qui patrem , matrem , sororem , imo vitam suam amat supra gloriam Christi ; ita tamen , ut æquitatem talis amoris probet , quatenus tales male subduxissent rationes suas , dum impræsentiarum animo suo morem gerentes , maluerint nunc suis indulgere voluptatibus

tibus cum probro & ignominia Christi , quām sub spe præmii amplissimi durare constanter in professione religionis Christianæ.

Testatus equidem est Apostolus se paratum esse anathema fieri pro fratribus : sed his verbis Apostolus tantum indicatum voluit se gentem Iudaïcam in tanta æstimatione habere, ut eam pluris fecerit quam semet ipsum : & ad eam rem declarandam usus est verbis , quorum si proprium sensum urgeas , alia est significatio , quam iis expressam voluit. fervens enim in alicujus amore animus , sæpe ea egerit , quæ pacato animo præstare cum æquitate & ratione non posset : quatenus amor nos ita intueri facit bonum ejus , cuius amore tenemur , ut aliarum rerum sensus & cogitatio nos deserat , quæ votorum nostrorum adimpletionem jure impedire possunt. Quam multi ex

K ani-

218 DE PRINCIPIIIS  
animo optant pro patre, uxore,  
aut aliis arctâ aliquâ necessitudine  
sibi conjunctis oppetere mortem,  
qui tamen sæpè sui juris non sunt  
idque satis noverunt; licet tunc  
non cogitent? neque ideo impru-  
dentia adest, aut fraus in talibus  
votis continetur: cum ejusmodi  
verba, quæ tale votum declarant,  
sicut reliqua omnia, quæ inter  
homines in usu sunt, ex suis cir-  
cumstantiis æstimari debeant. Vo-  
tum itaque Apostoli, aliorumque  
multorum, qui amore intentissi-  
mo inflammati in aliqua verba e-  
rumpunt, quæ præstare non pos-  
sunt ex æquo, nihil aliud com-  
pleteatur; quam se velle ea omnia  
præstare in gratiam eorum, quo-  
rum bonum expetunt, ad quæ  
effusissimus amor aliquem indu-  
cere posset. Si enim in primo usu  
verborum subsistere velis, in ex-  
plicatione verborum Scripturæ, in  
infinita absurda incidas necesse  
est.

est. verbi gratia: quis defendet Apostolum, eum à mendacio vacuum fuisse, cum Philipp. 4. v. 10. studens extenuare peccatum negligentiae Philippensem in expeditandis vitæ necessariis, dicit eos ea de re tamen sollicitos fuisse; sed destitutos occasione: certè contrarium exploratum erat Apostolo: voluit tamen hic sequi consuetudinem inter homines usitatam, quâ ne videantur alicui exprobrare vitium, aut infirmitatem, iis verbis utuntur, quæ actionem ab omni vitio liberare videntur: contenti verbis dubiis amici animum ad agnitionem peccati sui sollicitasse.

Locus ad Rom. 6. nihil probat, cum declaret piis fructum ex vitæ innocentia oriri, scil. sanctimoniam: sed id in ordine ad vitam æternam, quatenus sine sanctitate nemo Deum visurus sit, si itaque vita æterna tamquam

K 2      præ-

præmium non esset piis proposi-  
tum, non esset ipsa sanctimonia  
aliquis fructus, cum nullum usum  
haberet. si dicas usum ejus ea in  
se consistere, quod disponat ho-  
minem ad alacriter obeundas vir-  
tutis actiones, quarum exercitium  
homini voluptatem conciliat;  
quatenus agit convenienter na-  
turæ suæ, quemadmodum homi-  
ni non potest non gratum esse, si  
diligenti investigatione aliquam  
veritatem in naturâ hactenus ab-  
scenditam in lucem protraxerit.  
Sed cui constat eam voluptatem  
semper conjunctam fore cum ex-  
ercitio virtutis, si Deus non de-  
crevisset eam remunerari? Deus  
enim ita temperavit unionem a-  
nimæ nostræ cum corpore, ut  
ex iis actionibus anima præcipue  
gaudio affiliatur, quæ ordinem  
habent ad consecutionem finis,  
quem Deus sibi destinavit. Quo  
ordine sublato fortasse idem affe-  
ctus

ctus mentem non pertentaret ,  
qua jam movetur . Deinde vitia  
tam delectant , quām virtutes :  
sed si quid postea molestiæ con-  
ferant , id est ex conscientiæ lan-  
cinatione , quæ ex metu pœnæ  
originem habet : & nunquam vir-  
tutis splendor tantoperè homi-  
nem afficeret , quin vel minimus  
præsens dolor totam ejus volu-  
ptatem confunderet . quod ipse  
Christus innuit in parabola , quā  
inducit hominem centum oves  
habentem , ex quibus una aber-  
ravit , quam omni cura & sollici-  
tudine reperire studet : plus do-  
loris percipiens ex jactura unius  
ovis , quām caperet voluptatis ex  
reliquo numero superstite . Subla-  
to itaque præmio , nulla ratio esse  
posset , quare potius virtutem se-  
Etaretur , quām vitium ; sed id  
semper ab omnibus cum ratione  
expeteretur , in quo cum majori  
gaudio versaretur .

Loca autem Scripturæ non pauca sunt, quæ nostram sententiam stabiliunt: sed *cap. 15. ad Corin-*  
*tios* epistolâ primâ, ex professo Apostolus nostram sententiam e-  
docere studet Corinthios: inten-  
dit enim probare necessitatem re-  
surrectionis, & quantopere in-  
terfuit eam à Corinthiis credi: id-  
que inter alia argumenta eâ ra-  
tione probat, quod *alioquin eorum*  
*fides vana fit*, v. 14. quod *miserimi*  
*omnium hominum sint fideles, si tan-*  
*tum in hâc vita sperent in Christo*,  
v. 19. quod illi male calculum  
suum ponunt, qui *omni nomen-*  
*te pro Christi nomine periclitantur*,  
v. 30. quod eorum institutum ra-  
tioni conveniens sit, qui dicunt;  
*edamus & bibamus, cras moriemur*,  
v. 32. supremo enim judicio sub-  
lato illi sapientissimè vitam suam  
instituunt, qui properantibus fa-  
tis omne quod possunt gaudium  
rapiunt. Certe quam parum pul-  
chrè

chrè argumentaretur Apostolus, si in virtutis exercitio præter spem præmii conferendi post hanc vitam, tam insignis fructus esset repositus? Quam parata fuisset responsio Corinthiis, perniciose illo errore seductis, fidem sc. suam vanam non esse, neque Apostolos frustra tot exantlatos esse labores, cum ipsa virtus suis sectatoribus amplissima merces sit: & male istos liguritores & catilloes rationes suas subducere, qui in voluptatibus summam voluptatem ponentes, peccatorum acerbitatem non degustant. Plura non addam, ne multis locorum citationibus res tibi ducatur infastidium: pergo ad alia quæ te morari possent.

Dixi præterea omnes actiones Probatur a-  
ctiones dari in-  
differ-  
rentis  
natura. cum suis circumstantiis consideratas, peccatorum aut virtutum nomine venire non posse: sed sæpe indifferentem suam naturam

retinere in ipso usu & exercitio. multos ab hac sententia dissentire scio: lubet itaque etiam Scripturæ authoritate adstruere illi rei fidem. I. *ad Corinthios cap. 7. v. 18.* sic inquit Apostolus: *circumcisus aliquis vocatus est, ne attrahat præputium. in præputio aliquis vocatus est, ne circumcidatur. v. 19. circumcisio nihil est, præputium nihil est; sed observatio mandatorum Dei.* Considerat hic Apostolus præputium, sub ea ratione, quam habet sub novo Testamento in iis, qui in præputiō vocati erant ad cognitionem Euangeliī. hæc res certè non potuit non fuisse res indifferētis naturæ, quemadmodum Apostolus id testatur, quia non comprehendebatur sub mandatis Dei, ne tunc quidem cum præputium alicui singulari personæ vel adesset vel abesset: quia neque per se quicquam faciebat ad pietatem, quod facile omnes fatentur,

tur, neque etiam per accidens ex destinatione hominis, eum ad pietatem promovere poterat. quam enim virtutem aut vitium inde excudere potuisset, quod præputiatus vel non præputiatus incederet? non magis certè quām si quisquam putaret sibi materialē vitii vel virtutis paratam, qnod mentum spissā vel rarā barbā vel titum haberet. hiccine argumentum est quod nos exhortari debeat aut ad gratiarum actionem? aut ad deprecandam iram Dei? aut ad excitandam in nobis religionem? aut reverentiam Numinis? aut ad promovendam aut retardandam salutem proximi? hoc qui existimat, religionem Christianam ludum & jocum facit.

Rursus v. 28. ejusdem capituli inquit Apostolus, *quod si etiam uxorem duxeris non peccasti, & si nupserit virgo non peccat.* hic licet

K 5 nega-

negare non possim, eum, ex præscripto Apostoli, homine Christiano quid dignius facturum, qui sae libidinis potens à matrimonio se temperat, ( de tali enim his sermo est ) & Deo sese totum addicit: attamen id verum est, tam à peccato immunem esse ex sententia Apostoli, si à culpa vacuus, aut in tali persona matrimonium virtutis rationem induere potest, aut rei indifferentis naturam habebit? non virtutis nomine venire potest, quia talis tantum animo morem gerere studet: ergo indifferens res erit matrimonium in tali persona: quemadmodum aliquis, qui cum diem totam insumere posset assistendo cultui sacro, partem diei tantum ei impendit, reliquum tempus honestis obiectamentis impariens. ergo in tali homine matrimonium rei indifferentis naturam retinet. Sed efficacissimum.

argu-

argumentum desumitur ex Matthei cap. 22, v. 37. ubi Christus quæstionem legis cujusdam doctoris solvens dicit; *mandatum maximum in lege, dilectionem Dei ex toto corde & anima: & secundum priorem simile, esse dilectionem quâ quis proximum sicut seipsum diligat.* Cui consentiens Paulus Rom. 13, v. 10. dicit *charitatem esse completionem legis.* Quæ itaque actiones neque in charitatem incurvant, neque etiam ejus argumenta, aut effectus sunt ea in lege, nec prohibentur nec imperantur. Quæso quomodo charitas, quam Deo aut proximo debeo lœdatur, si hic in museo meo accumbens, erecto aut inclinata aliquantulum corpore hanc scripturam exaro?

Quæstio cum priori affinis est, quam in præcedentibus terminavi, an scil. votorum materia sit libera, ita ut homo iis abstinere possit,

*Proba-  
tur ma-  
teriam  
voto-  
rum esse  
liberam.*

possit, si velit, sine peccato: licet gratius opus se præstorum Deo sciat, si votum concipiat: denique an homo possit majoris virtutis exercitium sibi interdicere, cum ejus exerendi suppetit occasio, & minori contentus esse, circa peccati labem. Sic mihi persuasum est, & possem me tueri auctoritate clarissimorum virorum in Ecclesia nostra degentium, quos meæ sententiæ auctores habeo. sed præstat argumentis ex Scriptura depromptis tibi hanc veritatem persuadere; quam auctoritate humana te ad credendum inducere. Non te ducam per multas argumentorum classes.

Insigne argumentum colligimus ex Epistola ad Galat cap. 6. v. 10. quo loco exhortatur Apostolus *ut benefici simus erga omnes, sed maximè tamen erga domesticos fidei.* Sed efficax argumentum elicetur ex 2. Corinþia cap. 8. v. 3.

& i 3. in quibus testatur Apostolus Corinthios supra vires voluntarios fuisse in sublevanda fratrum inopia, v. 3. versu autem 13 docet eam charitatis legem non esse, ut quis semet in angustias conficiat, dum aliis suis bonis prodeesse studet. ergo potuissent Corinthii minus liberales fuisse, & tamen in charitatem non fuissent injurii. Quemadmodum is non peccat, qui suis juris existens, & fortunarum suarum dominus, bona sua inter pauperes distribuit: se ipsum tenui victu alere potius volens, quam deliciis frui, quas ex divitiis suis legitimè percipere poterat. Scio equidem regeri solere, multos minus animi sui potentes esse, ut amplissimis Dei muneribus uticum modestia possint, & ideo talibus necessitatem incumbere deserendi fortunas suas. sed quid si aliquis se satis fortem agnoscat ad utendum fortunis & bonis suis

K 7 suis

230 DE PRINCIPIS  
fuis absque peccato? insigni tam  
men charitate motus, ita ad ani-  
mum revocat paupertatem pro-  
ximi, ut malit abdicare posses-  
siones, ut iis pauperum inopiæ suc-  
curratur; quam videre proximum  
sub onere paupertatis ita premi?  
an is non fecerit opus omni laude  
prosequendum? Quod si tamen  
aliquis ad excellentem illum gra-  
dum charitatis non contendat,  
sed vulgari contentus, cum gra-  
tiarum actione utatur donis Dei,  
an ille non vacabit culpa? ita exi-  
stimo, juxta illud Apostoli Petri  
dictum *Act. 5. v. 4. nonne si servas-  
ses manebat tibi, & venundatum  
manebat in tua potestate?* indicans  
Ananiam nulla lege obstrictum  
fuisse, quare agrum venderet, &  
preium Deo addiceret. Cum ta-  
men jam cum reliquis fidelibus  
ad heroicum illum charitatis a-  
etum niteretur, promissis stan-  
dum fuit.

*Deu-*

Deuter. cap. 23. v. 21. expressis verbis Iex habet: *si uoveris votum Iehova Deo tuo, ne differto solvere illud: nam omnino reposceret illud Iehova Deus tuus abs te, & esset in te peccatum.* v. 22. *quod si abstineris à uopendo; non erit in te peccatum.* Quomodo ergo vota non versantur circa res, ad quas nemo ullâ lege adstringitur? si quis tamen de iis votum concipiat, rem Deo gratissimam operatur. Objicere solent illi quibus hæc sententia minus probatur, cujusque officium esse ea omnia alacriter præstare, quibus Dei gloria promoveri, aut proximo utilitas conciliari potest. Neminem debere reluctari conscientiæ suæ, quæ vicem Dei loquentis sustinet: si constet opus bonum esse, ad quod nos ea hortatur. Sed supra probavimus nos, ita debere semper gloriam Dei, & proximi salutem querere, ut nunquam id agere

agere oporteat, quæ ejus gloriam  
obscurant, aut proximi saluti obi-  
cem ponunt: semper autem id a-  
gere, quod intentissimus amoris  
Dei aut proximi gradus postu-  
lat, nulla lex nobis imperat. Apo-  
stolus Paulus 1. Cor. 7. concedit  
*mulieri potestatem nubendi si velit.*  
eandem tamen iisdem qualitati-  
bus & circumstantiis vestitam  
melius facturam docet, si cœli-  
batum amplectatur, quatenus in  
ijs frequentior esse poterit, quæ  
immediatè cultum Dei spectant.  
At quo jure Apostolus talem li-  
bertatem indulgere virginī po-  
tuisset, si sine peccato, id quod  
magis sanctum est, à nemine o-  
mitti potest? Negabunt quidem  
adversarii, virginī in iisdem cir-  
cumstantiis constitutæ istam po-  
testatem ab Apostolo concedi.  
sed si ea exceptio vera sit, nescio  
quomodo Apostolus satisfecerit  
quæstioni Corinthiorum, neque  
judi-

judicabunt ullum dubium ab A-  
postolo solutum esse. Quærebant  
illi quomodo sese gererent in re-  
bus quæ matrimonium spectant :  
docet Apostolus inter alia virgi-  
nem , quæ se continere non pot-  
est , debere nubere , eam autem ,  
quæ libidine suâ superior est , me-  
lius facturam , si à matrimonio se  
temperet , quia tunc sine inter-  
pellatione ulla vacare poterit re-  
bus divinis. si autem existimet  
parens , id parum congruere vir-  
gini , ætatis adhuc integræ : ad-  
dit talem non peccaturum si fi-  
liam suam cloget. Hic certè de tali  
virgine sermo esse debet , quæ  
sui animi potens , neque propter  
Deum , neque propter proximum  
matrimonii vinculum defugere  
debebat : cum de talibus jam di-  
xisset Apostolus eas ad matrimo-  
nium configere debere : *ad evi-*  
*tandam scortationem quisque mari-*  
*tus babere propriam suam uxorem*  
*debet ,*

Quod si aliquis istum conscientiæ motum in se experiatur, ut ad ejusmodi opera, de quibus hactenus mentionem fecimus, se incitari sentiat: anne adhuc illi liberum erit isti instinctui non obsequi? Respondeo si ita judicet, neque à se impetrare possit, ut credat aliter, tenetur judicio suæ conscientiæ obsequi; sed nunquam quispiam ita judicat, qui existimet istæc opera omitti non posse sine peccato. Et revera sæpiissime circumstantiæ tales sunt, ut si quis eas bene perpendat, reperturus sit non sine gloriæ Dei interimento, aut proximi incommodo insigni, ad cuius amissionem lege charitatis communis tenebatur, opera pietatis & charitatis à se omitti non posse. Neq; objici potest præceptum Christi, de diligendo Deo ex toto animo,  
atque

atque ex omnibus viribus, & proximum sicut semetipsum : cum his verbis non denotetur intensissimus amoris gradus ; sed sincerus & non fucatus affectus quod satis liquet ex locis Scripturarum 1. Regum. 2. v. 4. & 1. Reg. 8. v. 48. & v. 61. quibus in locis Deus imperans veram & non fucatam resipiscentiam, eadem phrasa utitur, quam Christus : at fieri non potest, ut omnes eundem pietatis gradum attingant. Et cum Christus doceat eum insignem charitatis actum editurum, qui suam vitam proximi vitæ post habeat : quo facto ostenditur nos proximum plus diligere, quam nosmetipos : fieri non potest, ut verba Christi intelligenda alter sint, quam de sincero & non fucato amore, erga Deum & proximum ita tamen, ut Dei dilectione, dilectione quam proximum prosequimur nobis prior & potior esse

esse debeat. Et certe cum Christus majori amore Iohannem & Lazarum sit prosecutus; vide *Iohann.* 11. v. 3. & 13. v. 23. quam reliquos Apostolos: sequitur aut Christum in legem prævaricatum fuisse: aut legis verba aliter accipienda esse.

Afferuimus præterea opera charitatis vulgaris, licet ex studio quo quisque studet se conservare orientur, tamen naturam suam non exuere. unum locum Scripturæ adducam, qui luce clarius nos docebit ejus rei veritatem. dicit Apostolus Paulus *Rom.* 13. v. 5. nos supremæ potestati subjectos esse debere; non tantum propter metum, sed etiam propter conscientiam. at cui dubium est, Magistratus & imperia ab hominibus inventa esse, ut quisque vitam & fortunas in tuto collucere posset? ortum igitur sum habet imperium ex studio, quo quif-

quisque volebat in se bene consulere. hoc tamen nihil impedit , quo minus Apostolus velit nos omnes etiam propter conscientiam Magistratui obsequium præstare : hoc est ex animo , non metu damni , aut amore lucri , quod eodem redit. Ad Galat. cap. 5. v. 15. Apostolus manifestè declarat inimicitias , quæ charitatis opera excludunt , in perniciem eorum tendere , qui in iis sese exercent: *Quod si*, inquit, *alii alios mordetis & devoratis, videte ne alii ab aliis consumamini.* si itaque ad damnum vitandum , inimiciis studendum non sit : ergo ad parandum aliquod commodum , charitati operam dare oportet. Dicit equidem Apostolus 1. Cor. 13. v. 8. charitati etiam in vita æterna locum futurum ; in qua tamen mutuis auxiliis homines non indigebunt. sed quid mirum , cum nos ipsi agnoscamus neminem , dum

dum explet aliquod charitatis officium, debere respicere ad suum commodum: quemadmodum nemmo ideo Magistratui obtemperare debet ut evitet damnum. Affectus itaque charitatis idem futurus est in cœlo, qui nunc est in terra, quatenus tunc etiam quicquid proximo gratum futurum arbitrabimur, id omne prompto studio in eum conferemus: sicut charitas nos omnes ad idem studium in hac vita dicit.

*Proba-  
turra-  
tionem  
decori  
& in-  
decori  
ex cir-  
cum-  
stantiis  
stantum  
desu-  
men-  
dam  
est.*

Accedemus nunc ad id, quod ante omnia ulterius ex Sacra scriptura mihi probandum duxi: scil. quod de peccatis contra naturam & decorum naturalem docuimus: rem enim in odium à malevolis adductum iri mihi dubium non est: quare tanto studiosius oportet omnem calumniam avertere. Dividimus ea peccata in duas classes, quorum quædam propriè contra naturam fieri dicuntur, alia con-

tra

tra decorem naturalem. Hæc po-  
steriora cum prioribus sub una  
classe redegimus: quia in iis o-  
mnibus impudentia est. De iis,  
quæ contra naturam propriè fieri  
dicuntur, talia docuimus, ut à qui-  
busvis facile assensum impetra-  
tura sint: quatenus in re ipsa hic  
à communi sententia non recedi-  
mus. si cui demonstratio, quâ il-  
lorum peccatorum turpitudinem  
probare studuimus, minus arri-  
deat: ego aliorum industriae non  
invidebo, si nobis compendiosio-  
rem viam demonstrare possint.  
De aliis peccatis, quibus etiam  
turpitude adesse creditur, ea asse-  
ruimus, quod horum omnium  
nihil quicquam in se turpe sit: sed  
propter circumstantias tantum ta-  
lia habentur, à quibus turpitudi-  
nēs notam mutuantur: à quibus  
circumstantiis ita nudari possunt,  
ut si quis tunc horum quicquam  
committat, contra bonos mores

pee-

peccare non præsumitur. Et ideo  
asserimus pudendorum revelatio-  
nem in casu necessitatis fieri pos-  
se: imo citra peccatum ab iis fie-  
ri, ubi talis consuetudo obtinet,  
ut ab omnibus putetur impuden-  
tiam non adesse. Pari ratione in-  
nixi, diximus nulos gradus na-  
turæ lege prohiberi in matrimo-  
nio: nulla colloquia de rebus ve-  
nereis esse in se impudica; sed  
propter circumstantias tantum.  
Petuntur autem omnes illæ cir-  
cumstantiæ vel à libidine proxi-  
mi, vel ejus dignitate, vel ab æ-  
stimatione propria, in qua unus-  
quisque se tueri debet. cum au-  
tem multa desinant esse libidinis  
incitamenta propter mutatas cir-  
cumstantias, quæ si adfuissent, li-  
bidinem proximi inflamascent,  
merito talia fieri dicuntur sine  
peccato. deinde cum notæ exter-  
næ, quibus proximo reverentiam  
& honorem exhibemus, varient,

multa

multa apud gentem unam cum proximi aut sui ipsius probro fiunt , quæ mutatis circumstan- tiis , hoc vitio carent.

Sed rem sacrâ Scripturâ tex- tibus probare conabimur. *Iohann.* 21. v. 7. legimus Simonem Pe- trum cum ad Christum propera- ret , qui discipulis piscantibus de improviso intervenerat , sese a- miculo induisse ; non audens ad Christum nudus propius accede- re , qui cum sui ordinis homini- bus , cum quibus ipsi magna in- tercesserat familiaritas , eam liber- tatem sibi indulgebat. quæ hic ra- tio fuit , quare in conspectu Chri- sti id facere pudebat , quod coram suis sociis facere , pudor non de- terrebat ? fuit proculdubio cir- cumstantiarum mutatio ; ad fuit aliquid Christo , quod in fami- liaribus non reperiebatur : & ideo aliquid Christo & sibi debuit Pe- trus , quod Apostolis præstare

L non

non erat necesse. Dignitas Christi non sinebat corpus nudum, quod inter ejus regionis homines fædum æstimabatur, vestibus non ornatum, quemadmodum etiam inter nos, ipsi ostentari: & studium, quo quisque à se contemtum amoliri studet, edocebat Petrum, non conveniens esse illi infirmitatem suam ostendere, qui hoc potuisset vertere in occasio-  
nem contemptus. Et eò reduci debent omnes rationes, quare coram quibusdam quædam agere erubescimus, quæ committere pudor non prohiberet, si alii familiares adessent: loquor de iis rebus, in quibus pudor tantum, non libido, quædam agere vetat. Eadem etiam ratio est, quare in conspectu parentum aut aliorum arctissimâ necessitudine nobis conjunctorum, nonnulla facere vereamur, quorum in aliorum consortio non puderet.

Apo-

Apostolus Paulus i. Cor. 15.

v. 43. dicit *corpus fædum seri.* at quomodo corpus nostrum fœdum est, quod ad imaginem Dei creatum est, & ubique lineamenta habet, quæ insignia mentis doctrina nobis repræsentant, cuius habitaculum fuit? fœdum itaque fuit ex Apostoli sententia, quia corpus nudum consideratum, & suis ornamentis privatum, fœdum & decore privatum æstimatur. quemadmodum fœdum æstimatur in publico naturæ requisita explere: in secreto autem id agere oportet: & licet omnibus constet quare aliquis secessum querat, non habetur pro dedecore. & rursus, quod uni fœdum & turpe esse æstimatur, alii propter idem factum similis impudentia non imputatur. multa à viris fiunt sine probro, quæ si virgines committerent, inverecundæ frontis esse putarentur. Ne quis autem dubitet

bitet eâ ratione tantum ab Apo-  
stolo corpus nostrum foedum ap-  
pellari : legat aliquis ea, quæ A-  
postolus dicit in eadem Epistola  
*cap. 12: v. 23. 24.* Et quæ putamus  
membra corporis maxime esse inho-  
nesta, iis honorem ampliorem cir-  
cumponimus : & que sunt in nobis  
indecora, copiosiorem decorem ba-  
bent: nam quæ sunt in nobis decora,  
iis decore non est opus ; sed Deus con-  
temperavit corpus, ei cui deerat, co-  
pioso tributo honore. hic certè de  
partibus genitalibus sermo non  
tantum est ; sed etiam de iis, quas  
tegere consueverant Corinthii :  
dicit autem Apostolus eas partes  
decore naturali destitutas fuisse,  
& ideo indiguisse adscititiâ. at  
quis existimet Apostolum alia ra-  
tione motum, iis partibus detra-  
xisse honorem ; nisi quia ex Co-  
rinthiorum usu, illæ partes nisi  
tegerentur, etiam ex eorundem  
sententia foedum aliquem aspe-  
ctum

Atum habere putabantur. & rectè  
 quidem Corinthii, usu sic inter  
 ipsos obtinente, judicabant: &  
 ideo Apostolus dicit illis partibus  
 adscitum ornatum etiam à Deo  
 additum: quia omnis impuden-  
 tia lege Dei prohibetur, & pu-  
 dor & reverentia imperatur, quæ  
 in revelatione membrorum il-  
 lorum, quæ consuetudo inter  
 Corinthios conspectui patere ve-  
 tterat, abesse necessariò debebat.  
 At quod sciam nemo hactenus in  
 illam protalus est sententiam, ut  
 naturæ dictamen esse crediderit,  
 illa omnia membra tegere, quæ  
 Corinthii vestibus ornarentur. ergo  
 consuetudo talcm membrorum  
 obvelationem introduxit, quia  
 corpus in se consideratum humile  
 est; Philipp. 3. 21. *Christus transfi-*  
*gurabit corpus nostrum humile: ut*  
*conforme fiat ejus corpori glorioso.*  
 quid mirum itaque homines mo-  
 ratores facile in istos mores trans-

L 3      ire,

ire, quibus hominis dignitatem  
magis magisque extollant? quem-  
admodum videre licet, eas gen-  
tes, quæ præ cæteris decori & ho-  
nesti studiosæ sunt, istæc signa  
frequentia in usu habere, quæ ex  
consuetudine istius gentis, cul-  
tioris & moratioris animæ signa  
sunt.

Rursus idem Apostolus 2. Cor.  
11. v. 17. sic inquit, *quod dico,*  
*non dico secundum Dominum;* sed  
*ut desipiens in praesidenti illa gloria-*  
*tione.* v. 19 indicat illam gloria-  
tionem indecentem fore; nisi Co-  
rinthii benigniter eam tolerarent:  
& se quippiam facere, quod fuisset  
contra bonos mores; nisi prius  
veniam præfatus fuisset id agendi.  
Inde sic concludo: si ex concessio-  
ne proximi aliquid sit licitum,  
quod, nisi talis juris renunciatio  
intervenisset, peccatum fuisset,  
sequitur actiones, quæ propter  
turitudinem in peccatorum clas-  
se po-

se ponuntur, eam turpitudinem tantum acquirere à circumstantiis: quæ si auferantur, jam amplius eo nomine improbari non possunt. Vsurpavit Apostolus in loco citato consuetudinem, quæ nobis omnibus familiaris est, qua si quid agendum aut dicendum sit, quod fieri yetaret proximi dignitas aut pudor, præfari solemus veniam: & ex consuetudine usitata ille tunc nullam commisit impudentiam: addidi ex consuetudine usitata: nam si unus. aut alter sibi invicem condonent mutuam reverentiam & honorem, extra illas circumstantias, in quibus publica consuetudo voluit posse supersederi, citra impudentiæ notam, mutua veneratione, illi ideo à peccato immunes non sunt: quia consuetudo non pendet à paucis; sed à tota multitudine, quæ quibusvis & singulis hominibus in certis circumstan-

L 4 tiis

tiis constitutis , attribuit jus a-  
gendi , aut in se aliquid admit-  
tendi citra violationem pudoris.  
quod itaque alicui confertur , aut  
adimitur ex suffragio totius gen-  
tis , id nemo ex privato arbitrio  
abdicare aut sibi vindicare pot-  
est . Si cui itaque constat ex ju-  
dicio multitudinis actionem ali-  
quam impudentiae damnatamiri ,  
illi non licet clam id agere ; licet  
proximus aliquis , cuius aestima-  
tioni ex dictamine gentis aliquid  
debet , de suo jure se cessisse di-  
cat : non potest enim id ius ab-  
dicare , quod tota multitudo ei  
inesse voluit . Et ea causa est , qua-  
re nulli in iis regionibus , in qui-  
bus confuetudo membra genita-  
lia tecta esse voluit , liceat ea re-  
velare in conspectu alicujus , al-  
tero licet consentiente , quando-  
tota gens arbitratur id sine podo-  
ris violatione fieri non posse : rur-  
sus tunc licebit citra peccatum ,  
quan-

quando eadem gens consensu tacito existimat id sine verecundia & læsione fieri posse.

Et jam in aperto est, quare Deus voluerit Adamum & Eum post commissum peccatum, vestibus tegere: & quare iis & posteris liberum non fuerit eas abjicere manente pudore & verecundiâ, quæ Adamo adfuit ad primum conspectum uxoris, post peccatum commissum. Ante commissum peccatum instar puerorum erant, quoad illum pudoris affectum: peccato perpetrato, pudoris affectus animam eorum occupavit, ex quo pudore judicabant indecens esse genitalibus denudatis incedere: quemadmodum idem judicium tandem formamus crescentibus annis: & id eo existimaverim nunquam sine gravi scelere morem illum de non tegendis illis partibus a-pud quasdam gentes introductum L 5 fuisse:

fuisse: quamvis jam postquam introctus est , sine peccato observetur. Sic facile mihi persuaserim , Deum multa alia semina honestatis indidisse hominum menti, quæ si excolerent , conditionem suam honestiorem & gloriiosiorem redderent : eaque fortassis exulta à primis parentibus , & iis , qui longa serie nepotum ab iis remoti non fuere : postea tamen ab aliis minus exulta intercidisse , non sine gravi peccato: ut nonnunquam artes & disciplinæ candem experiuntur fortunam: postea Deum, inter tot alias nationes , gentem Iudaïcam sibi in peculiarem possessionem vendicantem , & ad insignem dignitatem evrehere studentem, legibus expressis antiquos & pudicos mores revocasse , & multa imperitasse , quæ quidem ex legis naturalis vi non fluunt , insignem tamen morum modestiam comple-

pleteuntur. huc potissimum re-  
fero gradus in matrimonio pro-  
hibitos : leges enim tales cum na-  
turali honestate admodum, con-  
gruunt : & ideo Theologi non  
præter rationem urgent iisdem  
legibus omnes Christianos etiam  
devinciri: quamvis in eo peccent,  
quod dictamen legis naturalis esse  
putent: longè enim differunt lex  
naturalis, & honestas naturalis:  
sicut ex supradictis liquet. Chri-  
stiani itaque cum de iis omnibus  
ex præscripto Pauli cogitare de-  
beant, quæcunque sunt vera, quæ-  
cunque veneranda, quæcunque  
justa, quæcunque amabilia, quæ-  
cunque boni nominis, in quibus  
cunque virtus aut laus inest: et-  
iam in contrahendis matrimoniiis  
ea negligere non debent, quæ  
laudabilem pudoris affectum per-  
ficere possunt: sicut parentes ne-  
gligentes & supinos esse non de-  
bet in iis tradendis liberis, quæ

L 6 in

252 DE PRINCIPIIS  
in posterum mores eorum commendare possunt. Et ea forte fuit ratio, quare Apostolus incestuosum Corinthium excommunicandum censuerit, quatenus doctrina Euangelica jubet eas personas reverentius à nobis haberi, quæ tam arctâ necessitudine nobis conjunctæ sunt. sed cum adhuc incertum sit, quo usque leges gentis Iudaicæ, quæ honestum & decorum spectant, nos Christianos obligent: tutior responsio est, jure meritoque istum incestuosum, tam dure & acerbè habitum ab Apostolo, quia ea perpetrabat, quæ inter Corinthios ex consuetudine apud eos introducta, sine insigni impudentia fieri non poterant. Atque ita spero tibi, vir Clarissime, satisfactum iri super iis peccatis, quæ decorem & honestatem spectant. Pergimus ad pauca alia, quæ adhuc restant.  
**Diximus etiam Deum non posse non**

se non tamquam iusta aut indecora estimate, quæcunque jure naturali humano talia esse putantur, cum stante hoc mundi ordine, distinguere non oporteat inter jus naturale divinum & humanum. Hæc nostra sententia eo nomine, primò multis probari debet, quia longissimè recedit ab erronea eorum sententia, qui docent multa sub V. T. genti Iudaicæ concessa fuisse, quibus aliquam iniquitatem inesse, ratione naturali duce investigari potuit: Deum tamen tam rigidè cum iis agere notuisse; fed suâ clementiâ multa peccatorum numero exemisse, quæ eam notam effugere non potuissent, si stricto jure agere voluisset. Si enim nostra sententia vera sit: & demonstratio superius tradita admittatur, omnis disputandi ansa adversariis præcisa est.

Sed rem argumentis probare conabimur: Apostolus Paulus ad

Romanos cap. i. v. 32. dicit gentes scivisse jus Dei, scil. qui facerent ea peccata, quorum in eo capite mentionem fecit, *morte dignos esse*. non potuerunt id gentes scivisse, nisi simul ipsis constititerit in actionibus illis, quas ibi Apostolus damnat, fuisse malitiam: at quæ ratio gentes edocuit in iis peccatum fuisse, eadem necessariò docet in omnibus, quæcunque iure naturali humano prohibentur peccatum fuisse: alioquin & tunc, & jam, gentes haberent, quod peccatis suis, lege naturali prohibitis, obtendere possent, & suam ignorantiam vertere in peccati excusationem. At Apostolus in loco citato docet gentibus exploratum fuisse ex transgressione legis, Deo jus nasci ad pœnæ inflictionem: ergo reverâ tale jus Deo accedebat: non potuit itaque Deus illud jus abdicasse: alioquin gentes dubiâ ratione inducti, statutis-

trahissent ea omnia Deo improbari,  
 & vindice poena digna, quæ ipsæ,  
 sanâ ratione motæ, in classe pec-  
 catorum ponebant. ergo quæcun-  
 que probare possumus committi  
 in legem naturalem humanam,  
 etiam committuntur in legem na-  
 turalem divinam stante hoc or-  
 dine mundi: alioquin verum non  
 esset, ex singulis peccatis contra  
 legem naturalem humanam com-  
 missis, necessariò Deo jus. nasci  
 ad inflictionem poenarum, quod  
 tamen Apostolus certum esse do-  
 cet ex lege naturali.

Deinde probamus iis omnibus  
 Scripturæ locis, quæ à Deo amo-  
 liri student omnem iniquitatem  
 & injustitiam, quam ex tradita a-  
 liqua doctrina Deo inesse homi-  
 nes, ratione naturali ducti, pu-  
 tare possent: Spiritus Sanctus u-  
 bique innuens rectè de Dei bo-  
 nitate, sanctitate, justitia &c. ho-  
 mines statuere, quæ ratio natu-  
 ralis

ralis de Deo credenda docet. licet enim Deus longè sit jure superior, quāvis creaturā; attamen nihil Deo attribuendum est, nisi quod ex illo supremo jure agnito, Deo competit: & illud supremum jus Dei rursum ratione naturali innotescit iis principiis, quae inter homines juris & æquitatis naturalis fundamenta faciunt. Et ego existimaverim nihil periculosius in religione doceri posse; quam dicere multa à Deo fieri in quibus ratio humana nullam æquitatem potest agnoscere: hoc enim concessio, omnis rationalis cultus subvertitur: homines sibi usum sanæ rationis interdicere debent: imo ea agere & credere de Deo tenebuntur, quæ bona & fana ratio credere vetat; & quibus fidem adhibere non possent, se modo conceptum explicitum de re credenda formare vellent. Et si meritò Pontificiorum sententia

dc

de transubstantiatione falsi omnibus suspecta est, quia ea docet quæ mens & ratio humana necessario tamquam impossibilia judicat: non etiam illi sunt iniqui rerum æstimatores, qui semper in exponendis articulis fidei ad id attendendum putant, nequid doceatur quod contradictionem implicet. at non tantum id se ipsum subvertit, quod in principia physica incurrit; sed quod fundamenta disciplinæ moralis subvertit. Loca autem Scripturæ, quæ juxta principia æquitatis naturalis humanæ Deo æquitatem attribuerat, aut iniqutatem ab ea removent, pene infinita sunt: vide Rom. 3. v. 3. 4. cap. 9. v. 13. 14. Heb. 6. 17. 2. Chronic. 19. v. 7. vide etiam Rom. 2. v. 2. Heb. 6. v. 10. Plura addere frustra foret, cum passim & ubique in Sacra Scriptura extent.

Et id quod de mendacio statuimus

Proba-  
 tur: dari  
 quadam  
 menda-  
 cia, qua  
 peccato  
 carent:  
 quam-  
 vis ea  
 impro-  
 priè  
 menda-  
 cia vo-  
 centur.  
 mus in præcedentibus, fortassis  
 apud multos, nisi Scriptura in  
 subsidium vocetur, fidem non in-  
 veniet. Diximus id propriè men-  
 dacium vocandum, quod in Scri-  
 ptura damnatur, & inter homines  
 vitio vertitur, quo proximi jus  
 violatur. Eph. 4. v. 25. sic ait A-  
 postolus: *itaque abjicientes omne  
 mendacium loquimini veritatem cum  
 proximo: sumus enim alii aliorum  
 membra.* reddit rationem Aposto-  
 lus quare à mendacio abstinen-  
 dum sit, quia scil. alii aliorum  
 membra sumus: & ideo in bonum,  
 commune totius corporis consu-  
 lere debemus; non autem quisque  
 sua privata compendia querere  
 in fraudem proximi sui. si quis ita-  
 que mendacio id efficiat, ex quo  
 injuria nulla oriatur proximo, ei  
 dictum aut factum contra animi  
 sensum, quo proximo imponi-  
 tur, in peccatum imputandum  
 non est. quoties autem proximi  
 jus

ius tali simulatione violatur, licet sumnum inde ad ipsum redeat commodum, qui erroris causa extitit, fraudis & mendacii etiam notam effugere non potest: ne quis putet nos hic aliquod patrocinium commodare velle mendaciis officiosis. nam si quædam mendacia officiosa vitio careant, non ideo certè est, quia ea vertefunt in commodum illius qui iis circumventus est; sed quia ita tempestivè iis usus est amicus, ut citra alterius injuriam ea potuerit adhibere. Si dicas semper proxima injuriam fieri, quia nemo ultra sibi imponi vult, & ideo unusquisque declarat se amico suo id juris nunquam concedere, ut is suo judicio reputans quid nobis ex usu sit, per fraudem nos inducat ad id agendum, ad quod per veram speciem adduci non potuissimus: resp. primò, quām multæ sunt personæ, quæ propriè  
lo-

260 DE PRINCIPIIS  
loquendo nihil juris immediate  
in se continent, ut sunt infantes,  
amentes &c. quorum tutela, &  
estimatio quæ eorum commoda  
spectat, aliis commissa est, qui  
tamen illam curam commodè ex-  
plere non possunt, nisi multa fieri  
imperent per qualem cunque eo-  
rum voluntatem, quorum custo-  
diam suscepere: & ideo tales ju-  
re fraudibus innoxiiis talium ani-  
mum inducunt ad ea agenda, ad  
quæ nunquam, si vera rerum fa-  
cies oblata fuisset, devenissent.  
Quis crediderit illum se peccati  
reum facere, qui furiosi turba-  
tum animum fictis promissis ad  
quietem componere studet? aut  
qui medicatam potionem, quam  
infans haurire detrectat, gratam  
esse futuram infanti persuadere  
conatur, aut re grata poculi labra  
oblinet? res enim eodem redit,  
sive verbis sive factis alicui falla-  
ciam struas. Deinde multi casus  
eve-

eveniunt, in quibus aliquis merito jure suo cessisse videtur, aut ipsi usus juris pro tempore, ex jure & aequo impeditur: sicut in prioribus tale exemplum adduximus. Neque periculum est ne quispiam hic plus licentiae quam pars est in proximi damnum usurpet: cum facile innotescat ex communi civium consensu, quantum quisque ea in re sibi indulgere debeat: & in proclivi mihi esset ex nostris principiis determinare limites, intra quos unusquisque se continere debet: quemadmodum in moderamine inculpatæ tutelæ Magistratus facile di-judicat, an is qui noxam depulit cum proximi interncione, justos limites prætergressus sit, intra quos publica potestas privatum quemque coercuit.

Deinde si quodvis dictum, aut factum, proximum per se in fraudem inducens, mendacii notâ traducen-

ducendum sit : nescio quo pā-  
cto illa loca Scripturæ exponi de-  
beant, quæ docent Deum non  
raro hominum oculis falsa pro  
veris objecisse, à quo errore ho-  
mo sese cavere non potuit. vide  
*Iohan. 20. 14. Luca 24. v. 15. 16.*  
iis in locis dici non potest illos  
homines sibimet imposuisse, aut  
de objecto judicium protulisse, à  
quo temperare debebant : nam a-  
lioquin judicio sensuum fiden-  
dum non esset: neque negari pot-  
est, illos in errorem perductos  
falsâ illâ specie, ac tantundem fa-  
ctum fuisse, quasi aliquis per p̄fæ-  
stigia aliis technam & fraudem in-  
noxiam machinatus esset. attamen  
nemo dixerit in illis actibus ali-  
quid fraudis contineri, quæ lege  
Dei damnata sit. Si autem vox ē  
cœlo clamasset species illas veras  
esse, quas tamen fictas fuisse e-  
ventus docuit, mendacio nun-  
quam vacasset tale oraculum : id-  
que

que ideo , quia ea voce declarasset Deus se nolle hâc in re supremo suo jure uti , quo nonnunquam hominibus imponere potest sine veritatis suo detrimento . Si enim in talibus circumstantiis prolata sententia exitu suo carere posset , Deus verax non esset , & actum esset de omni religione , & ideo est quare Deus sine veritatis & justitiae suæ læsione , ejusmodi subdititia imagine & ficta specie homines nonnunquam illudere potest : perpetuâ tamen ludificatione in omnibus homines circumagerre sine abnegatione suipius non potest : ne quis existimet ideo omnne judicium sensuum in dubium vocandum esse , & incertum esse credat , cum Deus non semel hominibus falsa specie illuserit , num etiam eodem jure tunc utatur , cum aliquid credendum nobis proponit . nam si Magistratus sine dignitatis & veritatis suæ im-

imminutione, aut subditorum injuria, falsum nonnunquam spargere potest rumorem: non sequitur eundem perpetuò id agere in rebus singulis, & populum pro risu & oblectamento habere posse. sed hæc parçè tantum delibanda hîc sunt, planior discussio alii loco debetur.

Adhuc unum locum adducemus. in Euangeliō Iohannis cap. 6. v. 5. sic inquit Christus Philippo, *unde ememus panes ut ipsi vescantur?* addit Euangelista Christum hoc dixisse, ut Philippum tentaret. nemo non videt hæc verba esse signa viri dubitantis & pendentis animi: & sic ea accipi voluit à Philippo Christus: cui tamen jam decretum erat, quid ageret. hic certè fallacia aliqua innoxia verbis Christi continebatur, & contra animi sui sensum & mentem loquebatur; peccato tamen caruit: quia sine læsione juris

juris proximi ad aliquid respondentum eum inducere voluit Christus : quale responsum expectare non potuisset , si consilium suum latens aperuisset.

Diximus præterea cuivis licuisse in statu primævo totum universum sibi vindicare , & omnes homines uno imperio premere, si aliquis id sibi expedire judicasset. Quintum decalogi præceptum jubet liberos obedientiam præstare parentibus : ergo vi istius præcepti Adamus in omnes nepotes imperium habebat. in liberos, immediatè ex se oriundos , tale jus habuisse , nemini dubium esse potest : in nepotes tantum juris habuit , quantum sibi reservavit in filios. si enim judicasset sibi expedire liberos acerbè & duriter sub conditione servili retinere potuisset : atque adeo omnes à se oriundi, vel longissima serie, in eandem servitutem nati fuissent.

M Fin-

Fingamus Adamum isto jure usum fuisse, & vitam suam in multa secula produxisse, & ejus posteros, ipso vivente, per totum universum sparsos, omnia mundi loca coloniis obsedisse: hic habemus unum totius universi dominum, qui sine ulla prævaricatione in Dei legem, totum universum ejusque incolas sub jugum misit. non itaque repugnat justitiæ, unum aliquem in totum universum & super omnes imperium suum extendere.

Iubet lex Dei me diligere proximum, sicut memetipsum, ita ut etiam secundum legem Evangelicam unusquisque sibimet sit proximus, neque teneatur sub tam dura lege ei succurrere, per quam sibi ipsi acerbam conditionem paratam videt. Fingamus jam rursus Adamum suos posteros emancipasse, nihilque juris sibi in eos reservasse præter rever-

rentiam paternam sibi debitam :  
 finge idem institutum secutos  
 esse omnes nepotes : eosque tam-  
 quam sui juris considera, & nul-  
 lis omnino passionibus inter se  
 devinctos ; non debebunt illi ex  
 praescripto legis sibi invicem alia  
 mutua officia , quam quæ lege  
 charitatis imperantur. at quem,  
 admodum in legem illam is pra-  
 varicator non est , qui possessio-  
 nem rerum sibi reservans gratuitâ  
 benevolentia proximi paupertati-  
 tem sublevat : aut qui modis o-  
 mnibus legitimis totius orbis di-  
 vitias per mercaturam in suam  
 urbem confluere facit : licet aliter  
 evenire non possit quin reliquo-  
 rum deterior inde fiat conditio :  
 aut sicut , quando necessitas duas  
 nationes ad bellum ab utraque  
 parte justum compellit , ea na-  
 tio quæ bello superior est , non  
 peccat , si devictæ genti duras le-  
 ges imponat & quas tamen nece-

M 2 sarias

sarias reputat ad reipublicæ suæ fundatum statum tuendum : sic pari jure is à tyrannide liber erit , qui nihil proximo suo præter communia charitat's officia debens , ea in proximum usurpat , quæ saluti & conservationi conducere , & beatioram suum statum reddere posse putat . Has rationes & argumenta ulterius non deducam , cum in præcedentibus etiam earum sit facta mentio .

Atque ita huic epistolæ finem impono : tulit me longius tibi satisfaciendi , meaque probandi ardor . Si voti meā attigero , & opinionem meam à noxio errore , atque Clarissimi Hobbesi estimationem à turpi nota vindicaverim , qui jam incipiebat venire in dubium de nomine suo , præpostero quorundam zelo , non pœnitabit suscepti laboris : si excidam scopo , conservabit me in tranquillitatis sede conscientia mea

mea, quâ unico veritatis investigandæ amore, & studio eam in aperto ponendi, me ad scribendum animum appulisse scio: quæ cum nemini fraudi esse debeant, non est quod metuam, aut hanec epistolam tibi minus gratam, aut mihi ignominiosam futuram. Vale.

**F I N I S.**



**CAPA-**

# C A P I T A R E R V M,

Quæ præcipue in hoc libello ad  
Examen vocantur.

|   |          |
|---|----------|
| <b>F</b> undamenta quarumlibet legum e-<br>runtur   | Pag. 14  |
| Quomodo opera charitatis legi naturali<br>sub sunt  | 25       |
| Quomodo cognosci poterit quis enijsque<br>rei naturalis & legitimus sit usus                                      | 38       |
|   | & 89     |
| Quomodo investigentur ratione peccata,<br>qua contra naturam fieri dicuntur                                       | 42       |
| Polygamia, concubinatus, incestus, pu-<br>dendorum revelatio, non sunt con-<br>tra legem naturalem                | 49 & 238 |
| Consensu moratorum gentium standum<br>non est in controversiis de aquo, &<br>justo                                | 56       |
| Nulli dantur instinctus naturales: aut<br>notiones communes in hominis mente,<br>quibus bonum à malo distinguitur | 73       |
| De peccato originali  | 82       |
| De peccatis, qua contra hominis digni-<br>tatem committuntur  | 89       |
| Mendacium officiosum semper peccatum<br>non est   | 95 & 258 |
| De peccatis, qua contra proximum com-<br>mittuntur  | 98       |
|   | In       |

*In statu primo singuli tantus universi  
domini sunt, hominibus scil. exceptis*

100

*Homo non tenetur pro proximo mortem  
obire: neque pro patria* 123

*Quid sit causa per se, quid causa per ac-  
cidens in moralibus* 128

*De Iure Magistratus* 134

*Habitus morales mali jure puniri non  
possunt* 165

*Quemodo investigentur gradus peccato-  
rum* 177

*Quomodo investiganda poena peccatis  
debita* 180

*Nullus propter pulchritudinem virtutis  
teneretur virtutem sectari; si nullum  
aliud inde sibi polliceri possit commo-  
dum* 213

*Dantur actiones indifferentis natura,  
nec bonitatis nec malitia moralis par-  
ticipes* 223

*Ius naturale humanum, & divinum  
stante hoc mundi ordine iisdem termi-  
nis includuntur.* 253

F I N I S.

